EDIZIONE NAZIONALE DEI TESTI MEDIOLATINI

11

SERIE I, 6

*Commissione scientifica*: G. Alessio, F. Bertini, G. Braga, S. Brufani, E. Cecchini, P. Chiesa, M. Cortesi, G. Cremascoli, V. De Angelis, A. Degl'Innocenti, A. De Petris, M. Donnini, M. Ferrari, P. Gatti, G. M. Gianola, † I Deug-Su, C. Leonardi (presidente), O. Limone, E. Menestò, M. Oldoni, G. Orlandi, I. Pagani (segretario-tesoriere), S. Pittaluga, A. Placanica, G. Polara, G. Resta, L. G. G. Ricci, F. Santi, V. Sivo, P. Smiraglia

I volumi della collana sono stampati con il finanziamento del Ministero per i Beni e le Attività Culturali

Uguccione da Pisa

# DERIVATIONES

Edizione critica
princeps

a cura di
Enzo Cecchini

e di
Guido Arbizzoni, Settimio Lanciotti, Giorgio Nonni,
Maria Grazia Sassi, Alba Tontini

II

FIRENZE
SISMEL · EDIZIONI DEL GALLUZZO
2004

Volume approvato per la stampa da Giuseppe Cremascoli

SISMEL · EDIZIONI DEL GALLUZZO
c.p. 90 I-50029 Tavarnuzze - Impruneta (Firenze)
tel. +39.055.237.45.37 fax +39.055.237.34.54
galluzzo@sismel.it · order@sismel.it
www.sismel.it · www.sismel.info

Due volumi
ISBN 88-8450-130-X
© 2004 - Edizione Nazionale dei testi mediolatini
© 2004 - SISMEL · Edizioni del Galluzzo

DERIVATIONES

*Codices*

P = Parisiensis (Paris, Bibl. Nat., Lat. 15462)

R = Roncionianus (Pisa, Bibl. Univ., ms. 962, olim Roncioni 13)

La = Laurentianus (Firenze, Bibl. Medicea Laurenziana, plut. 27,5)

Va = Vaticanus (Roma, Bibl. Apost. Vatic., Lat. 7641)

deest:

| | |
|---|---|
| inde a D 82, 3/*insatiabilis* | usque ad E 85, 26 *quia cives*/ |
| " F 92, 14 /*concussus* | " G 76, 7 *agglomero -as et*/ |
| " I 9 /*Iafeth* | " I 38, 1 *calore suo su*/ |
| " I 117, 11 /*Aristarco dicuntur* | " L 41, 9 *ante ledere*/ |
| " L 64, 11 /*et hoc lupinarium* | " L 76, 9 *elinguis -e*/ |
| " M 117, 10 /*xtum et omnia sunt activa* | " O 10, 8 *recepit unde*/ |
| " S 15, 20/*tincta succo* | " S 38, 5 *item a sarcio*/ |

Mo = Monacensis (München, Bayerische Staatsbibliothek, clm. 14056)

Am = Ambrosianus (Milano, Bibl. Ambrosiana, C 82 inf.)

<Prologus>

[1] Cum nostri protoplasti[1] suggestiva prevaricatione humanum genus a sue dignitatis culmine quam longe deciderit ac triplicis incommodi, scilicet indigentie, vitii et ignorantie, non modicam coartationem sumpserit, triplex huic triplici incommodo nobis a Deo suggeritur remedium, scilicet commoditas, virtus et scientia. [2] Nam indigentie molestiam commoditas, vitii corruptionem virtus, ignorantie cecitatem expellit scientia; ad quam quidam longe accedentes, panniculum ab ea diripiendo sibi totam nupsisse credentes[2], et si quandoque eam in quadam parte possideant, more tamen bestiarum degentes non modo predictam triplicem miseriam aliqua virtute non redimere[3] ut sic honestarum artium exercitio ad pristine decusationis celticum honorem aliquantillum[4] valeant promoveri, sed etiam singulis diebus[5] cumulare conantur. [3] Nam nec dentium exstantias[6] elimare, nec balbutientium linguarum vituligines abradere, nec ingenii tarditatem excitare, nec madide memorie oblivia corripere vel negligentiam redarguere, nec maledicta punire, nec sordes ac vitia repellere, sed potius in vitiorum volutabro provoluti pecuniam congerere ac congeste inservire vel etiam honestis officiis omissis lacunam corporis ingurgitare nituntur; quorum doctrinam, vitam mortemque iuxta extimandum est. [4] Nos vero altius procedentes, ne, si talentum a Deo nobis concessum in terram[7] infoderemus, patenter furti argui possemus, quod nature beneficio[8] nobis denegabatur per famam extendere laboravimus, ut universe carnis generalitas illam licet tenuem una cum corpore ne utiquam[9] dissolveret. [5] Opus igitur divina favente gratia componere statuimus, in quo pre aliis vocabulorum significationum distinctiones, deri-

[1]protoplasti *R:* protoplausti *cett.* [2]credunt *R* [3]redimunt *P* [4][aliquantulum *LaVaMoAm*] [5]diebus eam *R* [6]exterminia *(in marg.* existencias*) P* [7]in terram *RVa: om. cett.* [8][officio *Mo*] [9]*sic Mo:* unquam *cett.*

vationum origines, ethimologiarum assignationes, interpretationum reperientur expositiones. Quarum ignorantia latinitas naturaliter indiga quadam doctorum pigritia non modicum coartatur. [6] Nec hoc tantum ut cenodoxie vitream[10] fragilitatem lucri faciamus, adimplere conabimur, quantum ut omnium scientie litterarum invigilantium communis inde utilitas efflorescat; nec cuivis descendat in mentem, nos in hoc opere perfectionem insinuatim polliceri, cum nichil in humanis inventis[11] ad unguem inveniatur expolitum, licet aliis de hac eadem re tractantibus quadam singulari perfectione haud iniuria videri possimus excellere. [7] Nam hic parvulus suavius lactabitur, hic adultus uberius cibabitur, hic perfectus affluentius delectabitur, hic gignosophiste triviales, hic didascali quadruviales, hic legum professores, hic et theologie perscrutatores, hic ecclesiarum proficient gubernatores, hic supplebitur quicquid hactenus ex scientie defectu pretermissum est, hic eliminabitur[12] quicquid a longo tempore male usurpatum est.

[8] Si quis querat huius operis quis[13] autor, dicendum est[14] quia[15] Deus; si querat huius operis quis fuerit instrumentum, respondendum est quia patria pisanus, nomine Uguitio[16] quasi eugetio, idest bona terra non tantum presentibus sed etiam futuris, vel Uguitio quasi vigetio, idest virens terra non sibi solum sed etiam aliis. [9] Igitur Sancti Spiritus assistente gratia, ut qui est omnium bonorum distributor nobis verborum copiam auctim suppeditare dignetur, a verbo augmenti nostre assertionis auspicium sortiamur[17].

[10] *om. R* [11] [inventionibus *La*] [12] elimabitur *RMo* [13] *om. RVa* [14] *om. R* [15] quod *P* [16] euguitio *P hic et infra* [17] Si quis querat... sortiamur *non habet La, in infer. marg. habet P ex alia manu*

## A

A 1

[1] **AUGEO** -ges auxi auctum, amplificare, augmentum dare. Inde hic **auctor**, idest augmentator, et debet scribi cum u et c. Quando vero significat autentin, idest autoritatem, est communis generis et debet scribi sine c, ut hic et hec **autor**, et derivatur ab autentin. [2] Item invenitur quoddam verbum defectivum, scilicet **avieo** -es, idest ligo -as, et inde **autor**[18], idest ligator[19], similiter communis generis et sine c. Secundum primam significationem, imperatores proprie debent dici auctores ab augendo rem publicam; secundum secundam significationem, philosophi et inventores artium, ut Plato, Aristotiles, Priscianus et quelibet magne persone debent dici autores; secundum tertiam, Virgilius, Lucanus et ceteri poete debent dici autores, qui ligaverunt carmina sua pedibus et metris. [3] Et ab autor quod significat autentin derivatur hec **autoritas**, idest sententia imitatione digna, et **autenticus** -a -um, et hic et hec **autorizabilis** et hoc -le in eodem sensu: factum autenticum vel autorizabile, quod fit cum autoritate sapientis vel sapientium, homo autenticus vel autorizabilis, idest autoritatis cui[20] credi deberet. [4] Dicitur etiam autenticus, idest nobilis, et **autorizo** -as et **autoro** -as in eodem sensu, idest affirmo, autenticum facio, unde verbalia, et sunt activi generis. Et ab autenticus hec **autentica**, quidam liber legalis, sic dictus quia in eo continentur autentica dicta.

[5] Autoro componitur cum ex- et fit **exautoro** -as, idest extra autoritatem facere vel ponere, unde Quintilianus De causis[21] 'exautoratus armis manus agresti labore subegit': exautoratus hic ponitur pro extra auctoritatem positus. Accipitur etiam pro delere, unde Macrobius De Saturnalibus[22] 'exautorata tamen sequenti etate'.

[18]*corr. in* auitor *addita* i *supra lin. ex alia manu P* auitor *Mo* [19]et per sincopam autor *add. P in marg. ex alia manu* [20]autoritati cuius *R ut vid.* [21]*Ps. Quint. decl. 3, 3 p. 45, 8-9* exauctoratas armis manus agresti labori (labore *codd.*) subegit [22]*1, 5, 3* exauctorata tamen a sequenti aetate

[6] Item ab augeo hec **auctrix**, idest augmentatrix[23], et hec **auctio**, idest augmentatio. Dicitur etiam auctio, idest mercatio, unde **auctionarius**, idest mercator, qui res suas auget et proprie ille qui hic et illic parvas res et veteres et tritas emit, ut postea carius vendat. [7] Et **auctionor** -aris, idest sic mercari vel res strenue augere[24], unde et **auctionator** quandoque dicitur pro imperatore. Accipitur tamen auctionari simpliciter pro mercari.

[8] Item ab augeo hec **auxesis**, idest augmentum, et proprie dictionis, et hoc **auctarium** -ii, idest illud quod additur rei mensurate cum venditur et cibus, qui mense vacuate superadditur; et hec **auxilla**, idest olla et mensura parum maior quam iusta; unde **auxillula** -le, diminutivum, idest parva olla vel parva talis mensura. [9] Et ab augeo **auctim** adverbium[25], idest crescenter, et **augesco** -is, verbum inchoativum, idest incipio augeri, quod significat contra proprietatem aliorum inchoativorum, sicut et integrasco, idest incipio integrari; [10] et hoc **augmentum**, idest amplificamentum, unde **augmento** -as activum, quod tamen quandoque invenitur in deponenti genere in eodem sensu, scilicet **augmentor** -aris, et ab utroque verbalia.

[11] Item ab augeo **Augustus**, quilibet romanus imperator, ab augendo imperium, unde etiam antonomasice Octavianus dictus est Augustus, quia super omnes alios auxit romanum imperium; [12] et ab illo quidam mensis dictus est **augustus**, quia eo mense natus est vel obtinuit victoriam de Antonio et Cleopatra; quandoque vero adiective declinatur **augustus** -a -um, idest nobilis, et est compositum ab ave et gusto -as, quia solis nobilibus licebat olim gustare aves, et tunc comparatur -stior -simus. [13] Cum vero declinatur per quartam declinationem, hic **augustus** -tus -tui, est quedam species divinationis que fiebat in gustu avium et est compositum ab ave et gustu. Solebant enim spargere escam gallinis et in gustu et acceptione illius esce capere augurium, quod dicitur augustus. [14] Et ab augustus secundum primam significationem dicitur hec **augustea**, idest carta que ab Augusto mittitur, vel quoddam genus carte sic dictum in honore illius, sicut **augusteum** dicitur quoddam genus marmoris in Egipto, tempore Augusti primo inventum, sicut tiberium dicitur aliud genus marmoris tempore Tiberii; et fuit Augustus filius Accie, filie sororis Cesaris.

[15] Et ab augeo hoc **auxilium** -ii, quia per auxilium aliquid augetur,

[23]idest augmentatrix *om. R* [24]*sic Mo:* agere *cett.* [25]*om. R*

et est auxilium quod ab extraneis datur, subsidium quod postea supervenit, presidium autem[26] loco utili positum[27]; unde hic et hec **auxiliaris** et hoc -re et **auxiliarius** -a -um, qui vel que vel quod potest prebere auxilium, et **auxiliatorius** -a -um pro eodem. [16] Et ab auxilium **auxilior** -aris verbum deponens, et construitur cum accusativo et dativo, ut 'auxilior te' et 'tibi'; unde **auxiliator, auxiliatrix, auxiliatio** et hoc **auxiliamen** -nis et hic et hec **auxiliabilis** et hoc -le, idem quod auxiliaris; et componitur **coauxilior** -aris.

[17] Item ab ultimo supino huius verbi augeo, scilicet auctu, -u in -o, fit **aucto** -as frequentativum, idest frequenter augere, a cuius ultimo supino, scilicet auctatu, -a- in -i- et -u in -o, fit aliud frequentativum **auctito** -as, idest frequenter augere.

[18] Augeo componitur cum ad et fit **adaugeo** -es, unde verbalia, et hoc **adaugma** -atis, idest augmentum, quod in Passione Sancti Christofori[28] reperitur; et cum ex et fit **exaugeo** -ges. Augeo simplex et composita sua sunt activa[29].

A 2

[1] Hec[30] **AURIS** dicitur ab haurio eo quod hauriat sonum, vel auris quasi avide rapiens, et est ethimologia, non compositio; unde hec **auricula** -le diminutivum, a quo hic **auricularis** -ris et hoc **auriculare**, minimus digitus, ideo quia eo aurem purgamus; et adiective invenitur hic et hec **auricularis** et hoc -re: 'auricularis amicus', idest secretus; dicitur etiam auricularis res ad aurem pertinens; [2] et pro eodem **auricularius** -a -um, ut 'auricularis anulus' vel auricularius, qui in aure fertur, et hic **auricularius** secretus consiliator, et hec **auricularia**, que est secreta consiliatrix; [3] et ab aure **auricus** -a -um, idest res pertinens ad aures, sicut dicimus auricos pilos qui crescunt in aure; [4] et hic **auriga** -ge rector currus, ab aure et rego -gis vel ago -gis, quia regit equos freno quasi auris auditu; vel auriga ab ago et rego, quia agat et regat currum, vel auriga ab haurio quia haurit idest percutit equos iunctos, quod et hic **aureas** -atis dicitur, [5] et hec **aurea** -ee, idest frenum, eo quod circa aures ponatur; sic etiam dicimus hec oria -e pro freno, eo quod ori imponatur; et **auritus** -a -um magnas habens aures[31]. [6] Auris componitur hec **inauris** -ris, idest anulus qui in aure

[26]aut *P* [27]*sic La:* posito *PRVa* [28]*Pass. Christ.* 69, 2-3 Dagnus diceris... derivato a dagmate [29]et composita... activa *P:* et compositum est activum *R* [30]*om. P* [31]*om. R*

perforata gestabatur; unde Plautus in Penulo (981) 'incedunt' inquit 'cum anulatis auribus'.

[7] Et ab auris **audio** -dis -vi -tum, verbum activum, et dicitur audio quasi aurem do et est ethimologia, non compositio. Inde verbalia **auditor, auditrix, auditio** et hic **auditus** -tus -tui, et hoc **audimen** -nis pro eodem, et hic et hec **audibilis** et hoc -le, res que potest audiri, unde **audibiliter** adverbium; [8] et componitur **inaudibilis** -le, et similiter componitur auditus -a -um et fit **inauditus** -a -um; et a participio audiens fit **audienter**[32], et hec **audientia** -e: 'rogo ut detis michi audientiam'; et ab audio hoc **auditorium** -ii, locus ubi consilia et responsa audiuntur.

[9] Audio componitur **exaudio** -is, unde **exauditor, exauditrix, exauditio, exauditus** -a -um, **exaudibilis** -le, **exaudibiliter** adverbium, et importat plus exaudire quam audire: est enim exaudire quod rogatur intelligere et ad effectum ducere; [10] componitur cum ob et fit **obaudio** -is, idest male audire vel contra; invenitur etiam quandoque pro obedio, sed raro. [11] Et ex eisdem componitur **obedio**, idest circum audio vel undique; obediens enim paratus est audire; et inde **obediens**, quod comparatur -tior -simus; et hec **obedientia** -e; et componitur obediens cum in et fit **inobediens**, quod similiter comparatur, unde **inobedientia**. [12] Item audio componitur cum sub et fit **subaudio** idest subtus audio, idem quod[33] aliquid non positum vel dictum subintelligere[34]; et audio et sua composita sunt activa preter obedio. Item nota quod audio simul[35] potest construi cum accusativo et ablativo, ut 'audio Virgilium ab illo'. Item nota quod alii volunt auris fieri ab audio quasi audis.

A 3

[1] **AULA** -le, idest domus regia. Inde **aulula** -le, diminutivum, et **aulicus** -a -um et **aularius** -a -um, idest palatinus, quasi aule custos, qui assidue est in aula cum principe, et hoc **auleum** -i, idest cortina, quia in aula Attali regis Pergameorum primo fuit inventum, vel ideo quia in aulis extendi solet; et hic et hec **aularis** et hoc -re, et **auleus**[36] -a -um pro eodem, scilicet aulicus, et auleus -a -um, idest regalis. [2] Item **aula** dicitur quandoque scrinium in quo res ponuntur, unde Plautus in Aularia[37] 'quadrilibrem aulam auro onustam ego habeo'; unde etiam idem eandem

[32]et a participio... audienter *R: om. P* [33]idest subtus... quod*:* quia *P* [34]subintelligo *P* [35]similiter *P* [36]auletus *P* [37]809 quadrilibrem a. auro onustam habeo

comediam, in qua hoc dixit, Aulariam vel[38] Aulullariam, quasi aulariam, vocavit, eo quod in ea[39] mentionem de aula, idest quadam capsella auro plena, faciat. [3] Item aule grece, latine dicitur cannula vel tibia, unde hic **aules** -is et hic **auledus** -di, qui cum cannulis cantat, scilicet tibicen, et componitur hic **coraules**, ille qui cum cannulis canit in choro, et etiam inde **aule** pluraliter dicuntur fistule organorum per quas elicitur melodia, et inde **aulidus** -a -um, idest dulcis ad instar soni organi, unde Martianus Capella[40] 'aulideque dulcedinis cantus intonuit'. [4] Et componitur hec pars cum ydor quod est aqua et fit hec **ydraula** -le, idest sonus organi vel quoddam genus organorum; unde Martianus[41] 'nec ydraularum organica deerat plenitudo'; et inde **ydraulicus** -a -um, ut 'ydraulicus sonus', idest dulcis, vel sonus ydraularum. [5] Aula componitur cum ad et fit **adulor** -aris, verbum deponens, idest assentando blandiri, quod solent facere maxime aulici, vel est compositum ex a et dulos[42], quod est servitus, eo quod servorum sit adulari; unde verbalia **adulator, adulatrix, adulatio** et **adulatorius** -a -um: adulatoria verba, idest plena adulatione; et ab adulator hic **adulatorculus**, idest parvus adulator; [6] et ab adulor hic **adulter** -ri, unde hec **adultera** -re; et quandoque ponitur adiective **adulter** -a -um, quasi alienum violans thorum vel alienum uterum tenens, vel adulter quasi ad alter, idest ad alterius uxorem accedens: ethimologia est, non compositio. [7] Et inde **adulterinus** -a -um, qui natus est de adulterio, et hoc **adulterium**, idest illa prava actio, scilicet illusio[43] alieni coniugii; et est adulterium in nupta, stuprum in virgine vel moniali, incestum[44] in parente vel vidua; et **adultero** -as verbum activum[45], unde **adulterasco** -scis inchoativum et **adulteror** -aris deponens, idest adulterium committere, unde **adulterator, adulteratrix, adulteratio** et **adulteratorius** -a -um. [8] Ponitur quandoque adulterare pro corrumpere et ad malum vertere.

A 4

[1] AUDEO -des, verbum neutropassivum; et est differentia inter neutropassiva et neutrapassiva; neutropassiva dicuntur que sunt similia passivis in hoc, quod cum careant preteritis habent suppletionem preteritorum per[46] participium et verbum substantivum, sicut et passiva. Ista autem

[38]*om. P* [39]aula *R* [40]*9, 905 p. 344, 22* inauditaeque (aulidaeque *codd.*) dulcedinis cantus insonuit [41]*2, 117 p. 33, 19* nec hydraularum harmonica d. p. [42]a et dulos: adulos *P* [43]illisio *P* [44]incestus *R* [45]*sic Va: om. PRLa* [46]*om. P*

sunt quinque que[47] indicat versus quidam[48]: 'quinque puer numero neutropassiva tibi do: audeo cum soleo, fido, quoque gaudeo, fio'. Sunt autem neutrapassiva que habent passivorum significationem et significant passionem aliunde illatam, quasi neutra passiva[49], que sunt quatuor; de quibus sunt isti versus[50]: 'exulo, vapulo, veneo, nubo: quatuor ista sensum passivi sub voce gerunt aliena'. [2] Ab audeo hic **ausor** -ris, et hec **ausio** -nis, ipse actus, et hic **ausus** -sus -sui pro eodem, et hic et hec et hoc **audax** -cis, et comparatur -cior -simus; [3] unde **audaciter**, sed per sincopam dicimus **audacter**, -cius -cissime adverbium, et hec **audacia** -e; et distat inter audacem et temerarium: audax non timet, temerarius non cogitat periculum. Item audacia post consilium, temeritas sine consilio.

A 5

[1] **AVEO** -ves -vi, idest cupere, et caret supino et est neutrum, quia vox ipsa deficit in passivo[51], sine qua voce, scilicet passiva, verbum activum non potest esse; unde Lucanus[52] 'omnia Cesar avet'. [2] Inde **avidus** -a -um, unde **avidulus** -la -lum, idest aliquantulum avidus, et comparatur avidior -simus, unde **avide** -dius -sime adverbium, et hec **aviditas** -tis, [3] et hec **avena** -ne, quia avide surgat, et inde hec **avenula** -le diminutivum, et **avenco** -cas verbum activum, idest avenas eradicare, et per compositionem **averunco** -cas, similiter avenas evellere; nam runcare dicitur evellere, ex eo et avena compositum est averuncare.

[4] Item ab aveo **avarus** -a -um, quod enim dicitur avarus quasi habens varas, idest curvas, manus, vel avarus quasi avens aurum, ethimologia est, non compositio; et comparatur -rior -simus, et est avarus proprie qui non satiatur, cupidus qui aliena desiderat; unde **avare** -rius -sime adverbium, et hec **avaritia** -e, [5] et hic **avus**, quia eorum sit avere et esse avaros, vel avus ab evo, idest ab antiquitate; unde hic **avunculus** -li, frater matris, et hec **avia** -e, patris vel matris mater, et **avitus** -a -um, quasi ab avo habitus et possessus et ad ipsum pertinens; et ponitur pro antiquo. [6] Avus componitur hic **proavus** -vi, idest pater avi, quasi prope avum, unde hec **proavia** -e, eius uxor; **abavus** proavi pater, quasi longe ab avo, unde hec **abavia** eius uxor; **attavus** abavi pater, unde hec **attavia** eius uxor, **tritavus**

[47]*sic Va:* quod *PRLa* [48]*cf. Alex.* 976-77 Audeo cum soleo, fio quoque, gaudeo, fido, / quinque, puer, numero neutropassiva tibi do [49]quasi... passiva *R: om. P* [50] *cf. Alex.* 978-79 exulo, vapulo, veneo, fio, quatuor ista / sensum p. s. v. g. aliena [51]passione *P* [52]*4, 265* Caesar avet

attavi pater, quasi tetravus idest quartus ab avo, unde hec **tritavia** eius uxor. [7] Nota ergo diligenter ordinem in cognatione: pater, avus, proavus, abavus, attavus et tritavus, quod est ultimum superius nomen cognationis. Familia enim oritur a patre et terminatur in tritavo; postea dicimus maiores. Item pater, filius, nepos quasi natus post filium, pronepos quasi prope nepotem vel porro natus a filio, abnepos quasi longe a nepote, nam seiungitur a nepote medio pronepote, atnepos, trinepos quasi tetranepos, quia post nepotem est quartus in ordine; postea dicimus minores.

[8] Item ab aveo hec **avis**, quia escarum sit cupida, vel[53] dicitur ab a quod est sine et via, quasi sine via, sed potius videtur ethimologia quam compositio; unde hec **avicula** -le diminutivum, et hic **avicularius** qui capit aves, et pluraliter hec **aviaria**, secreta loca silvarum solis avibus adibilia; [9] et componitur hic **auceps** -cupis, idest aves capiens, et inde **aucupor** -paris, idest aves capere et ponitur quandoque pro augurari et pro acquirere, unde **aucupator**, **aucupatrix**, **aucupatio**, **aucupatus** -tus -tui, et hic et hec **aucupalis**[54] et hoc -le, idest res apta ad aucupandum, et hoc **aucupium**, idest fortunium, bonus eventus, et etiam ipsum officium capiendi aves dicitur aucupium. [10] Item avis componitur hic **avigerulus** et hec **avigerula**, qui vel que gerit aves ad vendendum, et hic et hec **auspex** -cis, idest divinator, ab inspiciendis avibus dictus, [11] unde **auspicor** -caris, idest divinare, unde **auspicator**, **auspicatrix**, **auspicatio**, **auspicatus** -tus -tui, et hoc **auspicium**, idest divinatio vel bonus eventus. Invenitur etiam **auspicato** positum adverbialiter pro oportune, unde Terentius in Andria (807) 'haud auspicato huc me appuli'.

[12] Item componitur avis cum garrio et dicitur hic et hec **augur**, qui vel que[55] in garritu avium divinat, unde **auguror** -aris, idest sic divinare, unde verbalia et hoc **augurium** -ii, talis divinatio; [13] et cum gustus, et dicitur hic **augustus** -tus -tui, idest divinatio in gustu avium, et cum gusto -as et dicitur **augustus**, idest nobilis, illustris, preclarus, exgrex, segregarius, celticus, autenticus, heroicus, quia solis nobilibus olim licebat gustare aves, et secundum hoc declinatur adiective et comparatur; [14] et nota quod invenitur **ave**, avete, aveto, avetote, avere pro salvum esse, sicut salve, salvete, salveto, salvetote et salvere; vale, valete, valeto, valetote, valere similiter[56]; sed vale in recessu, salve et ave in adventu proprie. Item

[53]*sic LaVaMo:* et *PRAm* [54]aucupabilis *R* [55]vel que *R: om. P* [56]*sic (*vale... similiter*) Mo:* et ave et vale similiter *cett.*

invenitur **avieo** -es -et, valde defectivum, idest ligare, unde hic et hec **autor**, idest ligator, sed hoc superius iam expositum est.

A 6

**AVINUM**, quasi extra vinum, idest aqua mixtum.

A 7

**AVERNUS**, locus ubi est descensus ad inferos, et ponitur sepe pro ipso inferno, ab a quod est sine, et vernos quod est delectatio, quia in inferno nulla delectatio est, sed[57] 'sempiternus horror inhabitat'; vel dicitur sic avernus[58] ab a et volo, quia aves ibi supervolare non possunt propter fetorem gravissimum, qui aves supervolantes olim necabat; vel dicitur ab ave per contrarium.

A 8

**AVELLANA**, arbor ab Avellano monte ubi abundat.

A 9

**AVIANUS**, extra viam.

A 10

[1] **AUTUMO** -as, verbum activum, idest puto, affirmo, credo et componitur ab ab et timos quod est mens, quasi a mente sic habere, sed in compositione mutatur b in **u**; [2] unde verbalia **autumator**, **autumatrix**, **autumatio**, et hec **autuma** -e, idest existimatio; et componitur cum ex et fit **extimo** -as, idest appretior vel puto, sed magis componitur ab ex et timos quod est mens, quasi ex mente sic habere; quod componitur cum ex et fit **existimo** -as, idest puto, unde verbalia. Autumo cum omnibus suis compositis est activum.

A 11

**AUSARE**[59], idest nominare.

[57] *Vulg. Iob* 10, 22 sempiternus h. inhabitans [58] *sic Va:* avobius *PLa* avolius *R*
[59] *sic VaMo:* accusare *cett. cf. Gloss. IV* 206, *28* anxati vocati nominati

A 12

**AUFERRE**, idest pigre, segniculose. Plautus[60] 'auferre non abibis si ego fustem sumpsero'.

A 13

**AUTUMNUS** a tempestate dicitur, que sepe tunc fit quando folia cadunt et omnia maturescunt; vel dicitur ab augendo vel ab autumnando. Nam autumnare est colligere.

A 14

**AUT**, coniunctio per t et sine aspiratione; **haud** adverbium per d et cum aspiratione[61] scribitur.

A 15

**AUTORII**, scriptores autorum.

A 16

**AUSCULTO** -as, idest aurem sono culto; 'ausculto te' activum est, 'ausculto tibi', idest obedio; et est derivatum ab aure et sono et culto per compositionem, vel sit ethimologia et derivetur ab aure simpliciter.

A 17

[1] Hic **AER** dicitur ab a quod est sine et eris quod est lis, quasi sine lite per contrarium, quod omnimoda lis ventorum et fulminum sit in aere, vel ideo dicitur sine lite quia facile et sine lite cedat ferienti, vel dicitur aer apotoyapen[62], quia ferat terram et feratur ab ea; hic sub luna ex humidis exalationibus corporescit et ex se multas species reddit. Nam commotus ventum facit; vehementius concitatus, ignes et tonitrua; contractus, nubila; conspissatus, pluviam; congelatis nubibus, nivem; turbulentius et densius congelatis densis nubibus, grandinem; distentus[63] efficit serenum. Nam aerem densum nubem esse, nubem[64] raram factam et solutam aerem certum[65] est; [2] et inde **aerius** -a -um et **aerinus**, utrumque possessivum; dicitur etiam aerius quandoque altus[66].

[3] Et ab aer, secundum Rabanum[67], hec **aranea** -ee, eo quod ex aere

[60] *Amph. 358* auferere, non abibis, si ego f. s. [61] haud... aspiratione *om. P* [62] *cf. Isid. 13, 7, 1* ἀπὸ τοῦ αἴρειν [63] *sic LaVa:* distentus et *PR* [64] *sic Mo: om. cett.* [65] certus *P* [66] *sic VaMo: om. cett.* [67] *univ. 8, 4 p. 235B* Aranea, vermis aeris, ab aeris nutrimento cognominata

nutriatur; et hic **araneus** invenitur et adiective **araneus** -a -um; vel ista deriventur ab Aragne, que fuit mutata in araneam; et hec **yris** -ris, arcus celestis, eo quod ab aere descendat ad terram; vel yris dicitur quasi eris quod est lis, quia semper mittatur[68] ad litem et discordiam commotam vel commovendam.

[4] Aer componitur cum pes et dicitur hic et hec et hoc **aeripes** -dis, idest aerios pedes habens idest veloces, ita quod in aere videatur sustentari et figi, non in terra[69].

[5] Item ab aer hec **yrundo** -nis, quia non residens sed in aere capiat cibos et edat, quasi in aere edens, et hinc[70] **yrundineus** -a -um et **yrundininus** -a -um[71] in eodem sensu, et **yrundininus** etiam dicitur parvus filius yrundinis.

[6] Item ab aer hec **aura** -re, quia motu aeris fit aura, levis enim motus aeris est aura. Aura componitur cum agens et fit **auriga** -ge, scilicet ductor currus, et dicitur sic quasi auram agens, idest impellens; in ipso enim cursu auram impellit; sed melius est ut componatur ab aure et ago -is, ut supra diximus.

[7] Item aura dicitur splendor, unde **aurora** idest initium diei clarescentis, quia fulget, sive primus splendor aeris, quod grece eos dicitur, unde potius dicitur aurora quasi eorora, et aura pro splendore quasi eora; [8] et ab aura hoc **aurum** -ri, quia pre ceteris metallis fulget, vel ab orin, quod est servare, quia pre ceteris metallis servatur. [9] Alii dicunt quod ab aurum aurora fit, quia habeat colorem auri. Et ab aurora **auroro** -as -are, idest illuminare; [10] et ab aurum hec **aurata** -te, quidam piscis qui in capite habet colorem similem auro, et **aureus** -a -um idest de auro; [11] unde **aureolus** -a -um, et hec **aurugo**[72] -nis idest morbus regius, et aurugo[73] est color sicut in pede accipitris; [12] et **auro** -as, quod componitur cum in et fit **inauro** -as et cum de et fit **deauro** -as, idest aurum alicui rei superponere; et a quolibet istorum veniunt verbalia. [13] Item aurum componitur cum lentos greco, quod significat plenitudinem, et fit **aurulentus** -a -um, idest plenus auro, et cum calcos, quod est es, et fit **auricalcum**, quoddam genus metalli ex diversis metallis conflatum, sic dictum quia habet similitudinem auri et eris: auri in splendore, eris in duritia; vel componitur a calcos, quod est fex, quasi auri fex; [14] et cum fodio

[68]mutatur *P* [69]*sic Va:* terram *PRLa* [70]hic *P* [71]et yrundininus -a -um *om. R* [72]*sic VaMo:* aurago *cett.* [73]*sic Mo:* aurago *PRLaAm* aurigo *Va*

et dicitur **aurifodina** -ne, idest locus ubi foditur aurum; et cum scindo et fit hic **auriscidus** -di, idest artifex qui scindit aurum; [15] et cum lego et fit **aurilegium**, idest locus ubi reponitur aurum, scilicet thesaurus ubi legitur, idest colligitur, aurum; [16] et cum theca vel thesis, quod latine dicitur positio, et fit **thesaurus**, idest positio auri, scilicet locus ubi reponitur; [17] et cum faber et fit **aurifaber** -bri, et cum faciens et fit hic et hec **aurifex** -cis, qui facit aurum, unde hoc **aurificium**, idest ipsum opus et exercitium quod fit in auro, et hec **aurificina**[74] -e, idest fabrica aurificum; [18] et componitur cum coma et fit **auricomus** -a -um, qui habet aureas comas, ut fuit arbor Hesperidum; [19] et cum graphia, quod est scriptura, et fit **aurigraphia**, idest aurea scriptura[75]; inde hic **aurigraphus**, qui auream scripturam facit; [20] et cum pigmentum et fit **auripigmentum**, unguentum habens colorem auri.

A 18
**AELYON**, nomen Dei apud Hebreos et interpretatur excelsus.

A 19
**ABBA**, syrum nomen, interpretatur pater, unde hic **abbas** -tis, monachorum pater; et ab abbas hec **abbatissa** -e, monacharum domina, et hec **abbatia** pro ecclesia ubi est abbas, et aliquando largius accipitur pro collectione[76] omnium ecclesiarum que sunt sub aliquo abbate et pro ipsa dignitate.

A 20
[1] Hic[77] **ABBAX** -cis interpretatur decem, unde hic **abbacus** -ci quasi decuplatio, quia in abbaco sunt decem arcus sese decuplantes: in primo est unitas, in secundo denarius, in tertio centenarius; et est abbacus[78] vel abbax geometralis tabula quam habent phisici ubi figuras in pulvere supposito faciunt, que alio nomine dicitur pinax; [2] et **abbax** vel **abbacus** dicitur superior pars capitelli, idest saxum quadrangulum quod super columnas ponitur et etiam quelibet mensa marmorea.

A 21
**ABYSSUS** -si, idest profunditas aquarum impenetrabilis vel spelunca aquarum latentium unde fontes et flumina procedunt, scilicet pelagus, et

74aurifica *P* 75scriptio *P* 76collatione *P* 77Hec *P* 78abbacus quasi *P*

dicitur abyssus quasi adipsus, eo quod omnes aque ad ipsum revertuntur tamquam ad matrem, vel quasi abvisus idest absque visu[79], quia eius altitudo cerni non potest, unde et profunditas scripturarum dicitur abyssus.

A 22
**ABOLLA**, genus vestis senatorie, et dicitur sic quasi ambulla, eo quod undique sit bullata et gemmata.

A 23
**ABSYDA** -e, grecum est et interpretatur lucida, idest latus edificii vel trefuna[80], eo quod lumine accepto per arcum[81] lumen fundat vel resplendeat; et hec absys -dis idem est. Item absys dicitur principium exaltationis planete in suo circulo et[82] illa pars circuli in qua incipit elevari; vel absys dicitur illa pars circuli in qua planeta adeo distat a sole, quod amplius distare non potest.

A 24
**ABANTES**, idest mortui quos Greci[83] elibantes[84] vocant.

A 25
**ABANETH**, cingulum sacerdotale.

A 26
**ABARIN**, mons in quo Moyses obiit.

A 27
**ABASELITES**[85], princeps Troianorum[86].

A 28
**ABEL** interpretatur luctus.

A 29
**ABASO**, infirma domus.

[79]iussu *P* [80]trefuna *RLaVaMoAm:* tresima *ut vid. P* [81]*om. P* [82]*om. P* [83]*om. P* [84]*cf. Cremascoli 1990 p. 82 adn. 44* (alibantes) [85]*cf. Gloss.$^{L}$ I Ansil. AB 23 Cremascoli 1990 p. 85* [86]*om. P*

A 30
**ABIMELECH** interpretatur pater meus rex.

A 31
**ABIA** interpretatur pater dominus vel pater fuit.

A 32
**ABSALON** interpretatur pax patris per antifrasin, quasi[87] bellum.

A 33
**ABDIAS** servus Domini interpretatur, quia legatus missus ad gentes predicavit que prophetali digna sunt misterio[88] et servitute, et inde servus Domini dicitur.

A 34
**ABRAM** primum dictus est pater videns populum, propter Israel tantum; dictus est postea Abraham, quod interpretatur pater multarum gentium, quod erat adhuc per fidem futurum. Gentium non habetur in nomine sed subauditur.

A 35
**ABACUC** interpretatur amplexans, quia amabilis fuit Domino, et ideo dicitur amplexatio; vel quia in certamine cum Domino congreditur, amplexantis, idest luctantis, sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est Deum ad disceptationem iustitie provocare, cur in rebus humanis et mundi istius tantarum rerum versatur iniquitas.

A 36
**ABYDOS**, insula vel civitas in Europa, et dicitur grece sic quia sit introitus Hellesponti, in qua Xerses pontem de navibus fecit et in Greciam[89] transivit.

A 37
**ABSICTOS**[90] gemma est nigra et ponderosa que, calefacta igni, VII diebus calorem tenet.

[87]quia *P* [88]*cf. Isid. 7, 8, 17* ministerio (misterio *v. l.*) [89]Grecia *P* [90]*cf. Isid. 16, 11, 2* Apsyctos (Absictos *v. l.*)

A 38
**ABSINTHIUM** grecum est.

A 39
Hec **ABLUNDA**[91], idest palea.

A 40
**ABDOMEN**[92] grece pinguedo porci et abusive omnium carnium.

A 41
**ABROTANUM** herba est virtutem habens calidam, quasi afrotanum ab Afrodita, que est Venus.

A 42
**ABLEGMINA**[93], partes intestinorum que et presegmina dicuntur.

A 43
**ABESTIS**[94], intestina hostiarum aspiciens.

A 44
**ABRA**, ancilla, liberta[95], et dicitur abra quasi ab ara, quia ad aram servum vel liberum faciebant.

A 45
**ABSTRA**, folia vitis.

A 46
[1] **ACUO** -is acui acutum verbum activum est tertie coniugationis pro facere acutum. Inde verbalia **acutor, acutrix, acutio** -onis, actio vel passio acuendi, et **acutus** -tus -tui, idest acutio, et hoc **acumen** -nis pro eodem, et acuit penultimam iuxta regulam illam generalem: verbalia que desinunt in -en si veniant a verbis prime et quarte coniugationis producunt penultimam ut 'amamen', 'audimen'; si vero veniant a verbis secunde vel tertie coniugationis corripiunt penultimam ut 'documen', 'legimen'; [2] excipiuntur illa que veniunt a verbis tertie coniugationis que

[91] *cf. Pap. AB 63* [92] *cf. Pap. AB 27* [93] *cf. Gloss. V 589, 28* Alegmina [94] *cf. Cremascoli 1994 pp. 211-12 Marinoni 1988 p. 647* [95] libera *R*

desinunt in -uo divisas, que producunt penultimam ut acumen ab acuo, sicut dixi; a quo **acumineus** -a -um, idest acutus, et ab acuo **acutus** -a -um tam participium quam nomen, et comparatur -tior -simus, et inde **acute** -tius -sime adverbium.

[3] Item ab acuo hec **acus** -cus -cui, quia acuta est, vel ab acumen, quia nichil est pene nisi acumen, unde hic **aculeus** -ei pro quodam tormento ad similitudinem acus et pro illo quo stimulantur boves; et dicitur hoc **acus** -ceris, idest purgamentum tritici, unde Varro[96] ait 'acus substernendum est gallinis parturientibus', et inde **aceratus** -a -um, idest sordidus ad instar aceris, unde **acero** -as, quod non est in usu, sed componitur **exacero** -as, idest ab acere purgare; [4] et ab aculeo hic **culex** -cis, parva muscula; habet enim in ore fistulam ad modum stimuli, aculei, quo carnem terebrat et sanguinem bibit et fundit.

[5] Item ab acuo hec **acies** -ei, quod tria significat: **acies** ferri summitas, **acies** oculorum acumen, **acies** exercitus eo quod armatus eat ad bellum acutis armis, unde hec **aciecula** -le diminutivum. [6] Item ab acuo **acutim** adverbium, idest acute, et hec **acutela** -le, idest acumen, et per compositionem ab acuo et pede hic **acupedius** -dii, idest velox, quasi acutis pedibus currens.

[7] Item ab acuo hec **aquila** -le eo quod acute videat, unde **aquilinus** -a -um possessivum, ut 'aquilina penna', et **aquilus** -a -um, qui nasum habet curvum ut aquila rostrum, et hii **aquilini** -orum, demones apparentes in similitudinem aquilarum.

[8] Item ab acuo **aceo** -ces, quod non est in usu: vinum acet, idest acetum fit, unde **acesco** -scis inchoativum, unde Oratius in Epistulis (1, 2, 54) 'sincerum est[97] nisi vas, quodcumque infundis acescit'; et componitur cum ex et dicitur[98] **exacesco** -scis; [9] et ab aceo hoc **acetum** -ti, et dicitur acetum quasi acutum vel quasi aquedum; vinum enim aqua mixtum cito in hunc saporem redigitur; unde **acetulum** diminutivum, et hoc **acetabulum** -li, idest vas aceto plenum vel ad recipiendum acetum paratum, quod et hoc **acetarium** dicitur, et dicitur acetabulum quasi acetaferum quia ferat acetum, et appendit XII dragmas, scilicet quartam partem emine; [10] et hic **acinus** -ni, idest botrus, scilicet granellum illud quod est in grano uve, unde Paulinus[99] 'exprimit humentes acinos succumque liquentem'; et dici-

[96] *rust. 3, 9, 8* in cubilibus, cum parturient, acus substernendum *cf. Prisc. gramm. II 162, 18-19* acus substernendum gallinis parturientibus [97] *om. P* [98] dicitur et fit *P* [99] *Paul. Nol. carm. 15, 297* exprimit umentes acinos sucumque liquentem

tur sic ab aceto, quia habet saporem aceti; unde **acinacium** -cii, gosse[100] uvarum, que post expressionem proiciuntur; et ab acetum **acidus** -a -um, idest amarus ut acetum, et comparatur -dior -simus, unde **aciditas** idest amaritudo; dicuntur etiam dentes acidi, idest obstupefacti.

[11] Et ab acuo hic **acer** hec acris et hoc acre in duabus significationibus, idest fortis vel amarus; acer etiam dicitur in unaquaque forma vegetus et nimius, scilicet fortis, crudelis, asper, animosus, et comparatur acrior acerrimus, unde **acriter** acrius acerrime, et hec **acritas** -tis, idest fortitudo vel amaritudo, et **acritudo** -nis, et hec **acredo** pro eodem, idest amaritudo et proprie dicitur de pomis et similibus rebus; [12] et hec **acrimonia** -e, proprie austeritas in vultu, vel acrimonia idest vivacitas, animositas, asperitas, fortitudo, unde Cicero ait in sua Rethorica[101] 'significat Glabrionis patris vim et acrimoniam'; unde **acrimoniosus** -a -um, idest fortis et constans, asper; [13] et ab acer **acerbus** -a -um, idest immaturus, quod comparatur -bior -simus, unde hec **acerbitas** -tis, et **acerbo** -as, quod non est in usu, sed componitur **exacerbo** -as: exacerbare uvas est eas acerbas colligere; et inde verbalia.

[14] Item ab acer hec **acredula** -le, idest quedam modica avis que aliter dicitur lucinia; et pluraliter hec **acromata** -tum, idest proprie scenicorum, idest comedorum carmina, et est etiam nomen cuiusdam unguenti; [15] et hec **acer** aceris pro quadam arbore, unde **acernus** -a -um, idest de acere, et inde hec **acerra** -re, vas in quo reponitur thus, et venit ab acere, eo quod de acere fieri soleat; [16] et secundum litteram hic **acervus** dicitur ab acer, idest cumulus, unde **acervulus** diminutivum, et **acervosus** -a -um, et **acervo** -as activum, idest cumulare, et inde verbalia, et **acervatim** adverbium, idest cumulatim, glomeratim; [17] et componitur **coacervo** -as et **exacervo** -as, et ab istis verbalia; acer etiam[102] componitur **quamacer** et **preacer**, ambo pro valde acer.

[18] Item ab acuo et scindens per compositionem fit hec **ascia** -e, idest dolabra, idest quasi acute scindens, unde hec **asciola** -le diminutivum. [19] Dicitur etiam hic **ascis** -cis pro securi qua cementarii utuntur, unde hic **asciculus** diminutivum, unde Gregorius Nazanzenus[103] 'scio' inquit 'aliud esse altare super quod asciculus non ascendit', [20] et ab ascia **ascio**

[100]grosse *R* [101]*Verr. I, 52* si (significat *Prisc. gramm. II 120, 3-4)* Glabrionis patris vim et acrimoniam *cf. G 70, 2* [102]*om. P* [103]*Rufin. Greg. Naz. orat. 5, 16, 1* scio aliud altare, cuius typum gerit altare hoc quod habetur in terris, super quod altare acisculus non ascendit

-as verbum activum, idest acuere vel dolare, unde verbalia, et **asciatim** adverbium, idest dolatim, cesim, carptim[104], divisim, et componitur **exascio** -as idest dolare, unde Plautus in Aularia[105] 'Iam hoc opus exasciatum est'.

[21] Item ab acuo per compositionem hec **meraca** -ce, idest potio medicinalis acuta et utilis, et dicitur meraca quasi mentem acuens; et ab acuo hic **acinacis**, lingua Medorum gladius militis valde acutus, et acinacis dicitur illa maneries ferri, scilicet **aciarium**; [22] et acuo componitur **exacuo** -is et **preacuo** -is et hinc verbalia; acuo simplex et compositum est activum.

A 47

**ACCI** grece, cura latine, inde hec **accidia** -e tristitia, molestia[106], anxietas vel tedium, unde hec **accidiola** -le diminutivum, et **accidiosus** -a -um, idest sublestus, idest tristis, anxius, et **accidior** -aris idest tristari, anxiari vel habere tedium vel indignari, unde verbalia.

A 48

**ACHELDEMAC**, ager sanguinis; achel idest ager, demac[107] idest sanguis; inde dicitur Acheldemac idest ager sanguinis.

A 49

**ACHADEMIA**, villa in qua Plato studuit, unde **achademicus** -a -um, platonicus vel phisicus.

A 50

**ACHEI**, qui et **Achivi** dicti sunt ab Acheo, filio Iovis, a quo dicitur **Achaia**.

A 51

**ACIROLOGIA**, impropria dictio, ut sperare pro timere vel e[108] contrario.

A 52

**ACHONE**, portus Bithinie, unde et dicitur **aconitum**, quia ibi abundet; vel dicitur a caute natum, quod postea dicetur.

[104]ceptim *P* [105]*Asin.* 360 iam hoc opus est exasceato [106][sublestia *Mo*]
[107][emac *VaMo*] [108]*om. P*

A 53
Hec **ACROCHERIA**[109], ligamenta articulorum, que et internodia dicuntur.

A 54
**ACRIZIMUS**[110], panis leviter fermentatus, quasi acroazimus.

A 55
**ACCOLITI** grece, ceroferarii dicuntur latine a deportandis cereis, quando legendum est Evangelium vel sacrificium offerendum, non ad fugandas tenebras cum sol tunc rutilet, sed ad signum letitie demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Evangelio[111] legitur 'Erat lux vera, que' et cetera.

A 56
**ACERLIS**[112], securis quam pontifices habebant.

A 57
**ACUPICTA**[113], vestis quedam[114] acu texta vel ornata et picta; eadem et frigia, quia in Frigia inventa est, unde et artifices illius vestis frigiones dicuntur.

A 58
**ACHANTUS** herba est semper virens, spinis plena, flexibili virgulto, in cuius imitatione arte vestis ornatur, que **achantina** dicitur, et aliter **achantis**; unde **achalantida** et **achalantis** avis, que et carduelis vel luscinia, ab achantis, idest spinis, quia assueta sit vepribus.

A 59
**ACERSE**, pueri comati, delicati amasii.

A 60
**ACOBRICES**, regule que transverse asseribus imponuntur.

[109] *cf. Osb. a 517* acroteria [110] *cf. Isid. 20, 2, 15* acrozymus (acrizimus *v. l.) et Pap. AC 130* acrizimus [111] *Vulg. Ioh. 1, 9* [112] *cf. Gloss. IV 202, 39* [113] *cf. Isid. 19, 22, 22* [114] *om. P*

A 61
**ACCLASSIS**[115], tunica ab humeris non consuta.

A 62
**ACCIPENSER**[116], genus piscis.

A 63
**ACERA**, offula, furatio[117] panis.

A 64
**ACER**, arbor impar coloribus.

A 65
**ACHATEON**[118], velum maximum et in media nave constitutum.

A 66
**ACHATUS**, navicula vel archa.

A 67
**ACUCULA**[119], exilium.

A 68
**ACCILLA**[120], nomen avis.

A 69
**ACHAZ** interpretatur apprehendens.

A 70
**ACCLINATUS**, curvus[121], uncus, aquilus, reduncus, obuncus.

A 71
**ACERONITUS**[122], qui nulli communicat.

[115] aclassis *Am cf. Cremascoli 1994 p. 211* [116] *cf. Pap. AC 87* accipienser (accipenser *v. l.)* [117] *cf. Pap. AC 48* furfuratio [118] *sic Mo:* achanteon *PRLaAm* acheteon *Va cf. Pap. AC 24* achateon [119] *cf. Gloss. V 162, 26* [120] accida *Mo cf. Diefenbach Gloss. s. v.* accedula [121] *sic VaMo:* curtus vel curvus *cett.* [122] aconitus *Va* acuntus *La cf. Osb. a 553* acenonitus (= ἀκοινώνητος) *Mai:* aceronitus *vel* achonicus *codd.*

A 72
**ACHATES**, genus lapidis; si quis portaverit semper erit gratiosus, sicut Eneas, qui eum portabat in vagina sua, unde dictus est **Achates**[123] fuisse comes et armiger Enee; vel aliunde dicitur fuisse comes **illius**: achos grece, cura dicitur latine, inde Achates dicitur fuisse comes Enee, quia cura et sollicitudo semper comitantur reges et magnates.

A 73
**ACHAN** interpretatur frater meus.

A 74
**ACINARI**[124], in parvo morari, quod et tricari dicitur.

A 75
[1] **ADRI** vel **adros** grece, petra latine, inde hic **Adria**[125] -e, mare quoddam, eo quod sit magis petrosum quam alia maria, unde Ovidius Tristium (1, 11, 4) 'scribentem mediis Adria vidit aquis'; [2] et inde **adriaticus** -a -um, idest petrosus, et hec **Adrastia** -e, idest sors, quia alicui semper videtur dura, unde Martianus Capella[126] 'quedam femina, que Adrastia vocabatur'.

A 76
**ADAR**, idest mensis martius.

A 77
**ADARIA**[127], ovis maior natu.

A 78
**ADAGONIA**[128], proverbia.

A 79
**ADAGONISTA**, incitator certatoris.

A 80
**ADEPTICIUS** -a -um, quod facile adquiritur.

[123]*sic VaMo:* Achates eius *cett.* [124]*cf. Gloss. IV 480, 38* [125]Andria *P* [126]*1, 64 p. 19, 17* quaedam femina, quae Adrastia dicebatur [127]*cf. Pap. AD 18* adasia [128]*cf. Gloss. V 44, 16* adagonie

A 81
**ADMANICULARI**, furari et clepere.

A 82
**ADALTUATRIA**[129], alte partes domus, quasi alta atria.

A 83
**ADORIA**, gloria vel bona fama.

A 84
**ADONAY**, nomen Dei hebreum et interpretatur Dominus, et dicitur ab adon, quod est suavitas, unde hic **Adonis** -nis vel -nidis dictus est amasius Veneris.

A 85
**ADMONITRUM**[130], quarundam rerum mixtura, unde fit vitrum[131].

A 86
**ADAMIANI** dicti sunt quidam heretici quia Ade imitentur nuditatem, unde et nudi orant et nudi inter se mares et femine conveniunt.

A 87
**ADAMAS**, lapis insecabilis ferro vel alia materia nisi hyrcino sanguine recenti et calido, nec unquam calescit, unde et greca interpretatione nomen indomita vis accepit, quasi sine domatione[132].

A 88
**ADELPHUS**, frater, unde quedam comedia Terentii dicitur Adelphe, quasi fraterna, a duobus fratribus ibi introductis.

A 89
**ADLURICUM**[133], res ad lusum apta.

A 90
**ADAMA** hebraice, latine domus vel terra.

[129]*cf. Cremascoli 1994 p. 212* [130]Admontirum *P* [131]vicium *P* [132]domicione *P* [133]*cf. Gloss. IV 304, 27*

A 91

**ADAM** interpretatur homo vel terrenus, vel terra rubra, quia ex terra facta est caro illius.

A 92

**ADOR**, genus annone, quasi edor ab edendo, quia eo primo sunt usi homines; vel[134], sicut postea dicetur, ab adoro, quia in sacrificiis panis inde factus offerebatur; unde **adorea** liba vel sacrificia[135] dicuntur.

A 93

**ADIBEDO**[136] macula est nimium cana, que nascitur passim in corpore.

A 94

**AFFER**, unus ex posteris Habrae, a quo **Affrica** dicta est, qui gentem illam devicit et habitavit; vel dicitur Affrica quasi aprica, quia sit aperta et exposita celo vel soli; vel dicitur sic quasi sine frigore. Unde **affer, affricus, africanus**, sed distingue: affrum dicimus civem, affricum ventum, affricanum negotiatorem.

A 95

**AFFIDOXE**[137] sunt sententie, quarum pars est honesta, pars inhonesta, ut 'non est tua tuta voluntas', 'magna petis Pheton'.

A 96

**AFFODILLUM**[138], albutium ovi.

A 97

**AFFORISMUS**, quasi aporismus, sermo brevis integrum sensum rei proposite scribens, sic dictus a poris, que sunt apertiones, parva et subtilissima foramina corporis, unde sudor emanat; vel sic dicitur a foris idest[139] foraminibus, scilicet unde remi emittuntur[140]; liber quidam in phisica sic[141] dicitur.

[134]et *R* [135]vel sacrificia *om. P* [136]*cf. Pap. AL 41* albedo *s.v.* albus [137]*cf. Osb. a 561* [138]*cf. Cremascoli 1990 pp. 83-84* [139]*om. P* [140]remi emittuntur: remittuntur *P* [141]*om. P*

A 98
**AFFRUTABULUM**[142], vasculum.

A 99
**AFFULARE**, leviter[143] tangere.

A 100
[1] **AFFROS** grece, spuma latine; inde hec **Affrodita** -e, idest Venus, unde Martianus Capella[144] 'omnes illecebras circa sensus cunctos apposuit Affrodita'; [2] et inde hic **Aprilis** -lis mensis Veneri dedicatus, quasi afrodilis vel quasi afrilis, unde dicitur **apricus** -a -um idest delectabilis et iocundus, eo quod in illo mense sit pulcrum tempus ex productione florum, unde **apricitas** calor, iocunditas; [3] et **aprilax**[145], idem; proprie autem locus apricus dicitur sine frigore quasi sine rigore frigoris vel quia sit apertus celo, scilicet delectabilis; vel aprilis quasi aperilis quia tunc terra aperitur et flores producit. [4] Item ab affros **defrutum**, idest vinum coctum et despumatum, et **Abrotonium** nomen mulieris, quasi afrotonium idest venuscula, et est impositum causa adulationis. Et ab affros **affronitum** idest spuma nitri, de quo quidam[146] ait 'Rusticus es? nescis quid greco nomine dicar: spuma vocor nitri. Grecus es? affronitum'. Item ab affros **affrotum**[147], genus cibi quod spumeum dicitur.

A 101
[1] **AGO** -is egi, idest ducere vel facere et in utraque significatione est activum, unde hic **actor**, hec **actrix**, hec **actio** -nis, unde hec **actiuncula** diminutivum. [2] Item ab ago hic **actus** -tus -tui, unde hic et hec **actualis** et hoc -le, idest res que est in actu, et **actuarius** -a -um pro eodem, et **actuarius** qui acta facit, sed **actarius** diversis actibus occupatus, et hec **actuaria** dicitur navis que velo et remis simul agitur; et **activus** -a -um, ut activa vita, que consistit in actu et opere, et verbum activum, quod significat actum transeuntem in rem rationalem; et **actutum** idest cito.

[3] Item ab ago hic **agolus** -li, baculus pastoralis ab agendo pecore dictus, et hic et hec **agilis** et hoc -le, et comparatur agilior -limus, unde **agiliter** adverbium, -lius -lime, et hec **agilitas** -tis; [4] et ab ago hic **agora**-

[142] *cf. Pap. AF 38* afrutabulum [143] levitus *P* [144] *1, 7 pp. 4, 24 - 5, 1* omnes vero illecebras c. s. c. a. Aphrodite [145] et aprilax *om. P cf. Gloss. IV 19, 24* aprilas calox [146] *Mart. 14, 58* [147] *cf. Pap. AF 26* affratum

nomus -mi, idest princeps quasi per actionem nominatus et divulgatus, unde Plautus in Gurgulione (285) 'nec tirannus quisquam nec agoranomus', et videtur esse compositum ab ago et nomen; hic agon -nis, idest certamen vel pugna, vel dicitur agon quasi sine angulo, quia in loco rotundo fiebant agones; [5] unde hec agonia -e pro eodem vel vigor vel fiducia vel etiam victima vel hostia, et hic et hec agonitheta, qui vel que est in agone, idest pugil, et hic et hec agonista pro eodem, et componitur hic et hec antagonista, idest recertator, qui ante commisit certamen; et hic et hec agonitheta, qui preest certantibus, et hic et hec agonitheta, idest victor, unde Iosephus in sexto decimo[148] 'pro qua munificentia perpetuus agonitheta nominatus est'; [6] et inde agonizo -as, idest certare, verbum neutrum, unde verbalia, et ab agon vel agonista agonisticus -a -um, idest victoriosus vel bellicosus, unde Augustinus in commento supra Psalterium[149] 'et certe' inquit 'reddetis rationem, quare monachos agonisticos appelletis!'.

[7] Item ab ago hec agina -e, idest foramen in quo trutina se vertit, et agina dicitur festinantia, unde agino -as festinare vel[150] fugare, et ab ago hic aginator -ris, idest actor vel mercator, qui rem suam agiliter agit, et secundum Rabanum[151] hoc agmen -nis dicitur ab ago, quia ubi agmen est ibi frequens actio exercetur, vel secundum Ysidorum[152] ab agendo[153] idest eundo, scilicet quod in longitudinem directum est, sicut cum exit a portis[154]; alias abusive.

[8] Item ab ago hec agea -e, idest via in navi per quam citator[155] ad remiges accedit, unde Ennius[156] 'multa foro ponens ageaque longa repletur'; et hic et hec agagula[157], idest leno, quasi agens gulam, et pluraliter hii agenei -neorum, idest victime que pro rebus agendis offerebantur, et hec Agenora -re, idest dea agendi, cuius festa Agonalia vocantur, unde Macrobius De Saturnalibus[158] 'scias Agonaliorum repertorem esse Numam Pompilium'.

[148]*Cassiod. Ios. antiq. 16 p. 463, 23* [149]*in psalm. 132, 6, 21-22* Sed certe reddidistis rationem de nomine, quare appelletis agonisticos [150]*sic VaMo: om. cett.* [151]*univ. 16, 3 p. 451B* Agmen dicitur, quia in longitudine directum, quale solet esse, cum exercitus iter facit, ab agendo vocatum [152]*9, 3, 64* agmen dicitur cum exercitus iter facit, ab agendo vocatum, id est eundo... quod in longitudine directum est, quale solet esse cum exercitus portis procedit. Quidquid fuerit aliud, abusive dicitur [153]igendo *P* [154]a portis *om. P* [155]ectator *P* tirator *Mo cf. Isid. 19, 2, 4 et Osb. A xxviii 42* hortator [156]*ann. 492* Multa foro ponit et agea longa repletur [157]*cf. Pap. AG 2* [158]*1, 4, 7* Antias, inquit, Agonaliorum repertorem Numam Pompilium refert

[9] Item ab ultimo supino actu, u in o, fit **acto** -as, idest frequenter agere, a cuius ultimo supino actatu, a in i et u in o, fit **actito** -as frequentativum; et a secunda persona agis, extracta s et addita to, fit **agito** -as frequentativum, unde verbalia, et componitur **exagito** -as, idest commovere, turbare, et **coagito** -as, idest simul agitare, cumulare, repellere, et **subagito** -as quod et **subigito** -as dicitur, idest subtus agere vel subducere, unde Terentius in tertia comedia[159] 'hec quidem contumelia est amicum ad te recipere et eius amicam subagitare'.

[10] Ago componitur cum ad et fit **adigo** -gis -egi adactum, idest ad aliam partem ducere, et cum ab et fit **abigo** -gis, fugare, separare, unde **abactus**, fugatus et dispersus, et hic **abigeus** -gei, idem quod **abactor**, et **abiges** -gis, idest fur iumentorum et pecorum, eo quod ipsa abigat aliorsum ut competentius ea furari possit, unde **abigeatus** -tus -tui tale furtum; dicitur etiam abigeatus ipsa terrefactio pecorum, et abigeus qui ea terrefacit vel cum virga vel cum mantello vel alio modo; [11] componitur quoque cum am- et fit **ambigo** -gis b interposita, idest dubitare, unde **ambactus**, idest circumactus sicut solet esse quisquis dubitat, et hec **ambago** -nis et hec **ambages** -gis pro eodem, scilicet dubia locutio; unde **ambiguus** -a -um, idest dubius, et comparatur sic: ambiguus, magis ambiguus, ambiguissimus et cetera; unde hec **ambiguitas** -tis, et **ambiguosus** -a -um, idest dubitabilis vel plenus ambagibus.

[12] Componitur ago cum con et fit **cogo** -is coegi coactum, unde verbalia **coactor**, **coactrix**, **coactio** et **coactim**, idest urgenter, et **coagulum** -li, idest illud quod ponitur in lacte ut coaguletur[160], unde **coagulo** -as, idest simul stringere; [13] et a secunda persona cogis, extracta s et addita to, fit **cogito** -as, unde **cogitator**, **cogitatrix**, **cogitatio**, et inde hec **cogitatiuncula** -le diminutivum, et hic **cogitatus** -tus -tui, et hoc **cogitamen**; et componitur **excogito** -as, **precogito** -as et **recogito** -as, et ab istis verbalia; [14] componitur ago cum[161] de et fit **dego** -gis, idest vivo; cum ex et fit **exigo** -gis, quod habet significationes quinque[162]: exigere idest expellere, unde invenitur de Socrate, quod rogatus ab amico qua re mulierem iurgiosam non exigeret, respondit: 'domi addisco qualem me foris exhibeo'[163]; et exigere idest perficere; [15] exigere idest iniuste petere,

[159]*Haut.* 566-67 istaec quidem contumeliast / hominem amicum recipere ad te atque ei(u)s amicam subigitare [160]coagulentur *P* [161][cum porro et fit porrigo -is et cum *VaMo*] [162]*sic codd.* [163]*cf. Gell. 1, 17, 1-3* Xanthippe, Socratis philosophi uxor, morosa admodum fuisse fertur et iurgiosa... Alcibiades demiratus inter-

unde **exactor**, idest iniustus petitor et **exactio**, idest iniusta petitio; et exigere quandoque simpliciter ponitur pro requirere vel petere; et exigere idest extra vel ultra agere et exigere idest dividere. Inde **exiguus** -a -um, parvus: quod enim exiguum est alterius eget suffragio. [16] Et componitur cum in et fit **inigo** -is -egi[164] inactum, idest pecus a pastu in tectum agere; abigere vero est pecus a tecto in pascua agere. [17] Componitur cum pro et fit **prodigo** -gis, idest vastare, dilapidare, unde Plautus in Aularia[165] 'festo die si quid prodegerit, profecto egere liceat, nisi peperceris', et inde **prodigus** -a -um, idest diffusus, ultra modum largus et effundens, et hoc **prodigium** -gii, monstrum turpe[166] et ad vastandum paratum, sepe tamen simpliciter pro monstro accipitur; [18] unde hoc **prodigiolum** -li diminutivum, et **prodigiosus** -a -um, idest monstris plenus, et **prodigiose** adverbium, et hic et hec **prodigialis** et hoc -le, idest monstruosus, unde **prodigialiter** adverbium, et hec **prodigialitas** -tis, idest monstruositas, et hic **prodigiator** -ris, idest prodigiorum interpres[167], et hec **prodigua** -e hostia multum consumens, unde **prodiguus** -a -um, idest consumens, unde **prodiguitas** -tis et hec **prodigalitas** -tis, idest vastitas; [19] et componitur ago cum per et fit **perago** -gis, idest perficere, et cum re- et fit **redigo** -gis, ut 'iste redigit eum in servitutem'; [20] et cum sub et fit **subigo** -gis, quod quatuor habet significationes, scilicet cogere, impellere, acuere, supponere vel[168] subiugare, quasi subtus agere.

[21] Item componitur cum sat vel satis et dicitur **satago** -gis, idest satis ago, scilicet festino, procuro, omnia perago; et cum trans et fit **transigo** -gis, idest ultra agere vel litem decidere. Et notandum quod ago activum est et omnia composita ab eo, preter ambigo et dego et satago, que sunt neutra. Item omnia composita ab ago faciunt preteritum in egi et supinum in actum, preter dego quod caret supino.

A 102

[1] Hic **AGER** -gri dictus ab ago, sed propter[169] prolixitatem divisim tractavimus de eis; unde hic **agerculus**[170] -li et hic **agellus** -li diminuti-

rogavit Socraten... *cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. 'Quoniam,' inquit Socrates 'cum illam domi talem perpetior, insuesco et exerceor, ut ceterorum quoque foris petulantiam et iniuriam facilius feram.'* [164]ei *P* [165]*380-81* festo d. s. q. prodegeris, / profesto e. liceat, n. p. [166]*monstrum turpe:* moniter in tempore *P* [167]idest prodigiorum interpres *om. P* [168]*om. P* [169]per *P* [170]agriculus *P*

va et hic **agellarius** -rii, rusticus; [2] et hic et hec **agrestis** et hoc -ste; quod enim dicitur agrestis quasi stans in agro, ethimologia est, non compositio; et **agrarius** -a -um, illud quod pro agro vel de agro datur vel suscipitur, unde hec **agraria** -e, idest lex data de agro vel pretium quod pro agro suscipitur, unde Anianus in expositione super Matheum[171] 'qui agrum locat ut agrariam suscipiat'.

[3] Item ab ager hec **agredula**[172] -le, idest parva rana que in agris invenitur, et hec **agrimonia**, herba quedam que precipue abundat in agris; et ab ager **agro** -as, quod non est in[173] usu, sed componitur **peragro** -gras, idest sine mansione certa huc et illuc ire, unde **peragrator**, **peragratrix**, **peragratio**, et **peregre** adverbium, idest ad peregrinandum, sicut in Evangelio[174] legitur 'homo quidam peregre proficiscens'; significat tantum[175] de loco per locum et in loco; et inde **peregrinus** -a -um, quasi pergens longius, unde dicuntur peregrini quasi peragrantes, unde **peregrinor** -aris deponens, idest exulare, unde verbalia; [4] et hic **agger** -ris ab ager, idest cuiuslibet rei coacervantia[176], sed melius est ut veniat ab aggero -ris, quod postea dicemus, Deo concedente.

[5] Ager componitur cum colens et fit hic et hec **agricola** -le, idest colens agrum, unde hec **agricultura** -re, et componitur cum colonus et fit **agricolonus**, et cum cultor et fit **agricultor**; [6] et cum penna et fit hic **agripennus** -ni, et secundum Ysidorum[177] agripenni sunt agri illi qui non plene sunt agri; et cum onos, quod est asinus, et fit **onager**, idest silvestris asinus. [7] Sciendum est quod pluribus modis dicuntur et dividuuntur agri[178]; est enim ager[179] alluvius qui est iuxta aquam; est enim ager compascuus, quia communis est ad pascendum; est ager arcifinius[180], cuius termini arcentur obiectu fluviorum vel lapidum et murorum; est ager novalis qui continuis annis novatur; est ager uliginosus, qui crassus est et humidus, ut qui est in palustribus locis. Item aliter dividitur a Virgilio[181], scilicet quadrifariam: est enim ager sationalis, qui est aptus seminibus; est ager consitus, qui est aptus vitibus et arboribus; est ager pascuus, qui est aptus pascuis, est ager floridus vel floreus, qui est aptus floribus producendis. Et idcirco quia hiis quatuor modis agitur in agro, dic-

[171] *op. imperf. in Matth. 38 p. 840* qui agrum locat, ut agrariam recipiat [172] agraula *P* [173] *om. P* [174] *Vulg. Matth. 25, 14* Sicut enim homo (homo peregre *v. l.*) proficiscens [175] significat tantum: est significatum *P* [176] [coaccervatio *Va*] [177] *15, 15, 4* Hunc Baetici arapennem dicunt, ab arando scilicet [178] *om. P* [179] *om. P* [180] artissimus *P cf. Isid. 15, 13, 11* [181] *cf. Isid. 15, 13, 6-7*

tus est ager ab ago vel ab agrios, quod Greci forum dicunt, unde et villa grece **coagros**[182] dicitur.

A 103

[1] **AGYOS**[183] grece, latine dicitur sanctum, ab a, quod est sine, et ge, quod est terra; inde dicitur agyos, idest sine terra, quasi celeste; et inde[184] et grafia, quod est scriptura, dicitur **agyographia** -e, idest sancta scriptura, unde hic **agyographus** -phi, idest sancta scribens, et ponitur adiective; [2] et ab agyos hic **aggeus**, sanctus vel sollemnis nuntius, et **angelus**, quod latine sonat nuntius, hebraice amal vel malaohot; et merito ab agyos dicuntur angeli, eo quod sint sine terra et celestes, unde hoc **angelium** -ii, idest annuntiatio, quod componitur cum eu, quod est bonum et[185] u conversa in consonantem[186], dicitur **evangelium**, idest bonum nuntium, unde **evangelista**, qui evangelium fecit, et **evangelizo** -as, idest evangelium annuntiare; [3] et ab angelus **angelicus** -a -um possessivum, et **Angelici** dicuntur quidam heretici qui angelos colunt; [4] et componitur cum archos et fit **archangelus**, princeps angelorum, inde **archangelicus** -a -um.

A 104

[1] **AGNUS** -i dicitur ab agno, quod est purus[187], vel ab agnoscendo, quia pre ceteris animalibus matrem agnoscat, ut, si etiam in magno grege erraverit, solo balatu recognoscat vocem parentis; unde **agnellus** -li diminutivum, et hec **agna**, unde hec **agnella** -le diminutivum; [2] et ab agnus **agninus** -a -um; et est sciendum quod agni et oves sortiuntur diversa vocabula. Dicitur enim hec **arna** -ne, idest agna, unde **arninus** -a -um, idest agninus, et hec odasia[188] -e, idest ovis vetula, et hec apica -ce, idest ovis que habet glabrum ventrem, et hic avilla -le, idest agnus recentis partus, et hec cinerica -ce, ovis que habet colorem cineris.

A 105

**AGAPA** -pe, vel **agape** -pes -pei, idest labor alienus, dilectio vel caritas vel orationum communio vel elemosina, rogata[189], unde **agapitus** dilectus.

[182] *cf. Isid. 15, 13, 1* [183] *cf. Cremascoli 1994 pp.* 205-06 [184] inde ab agyos *R* [185] *om. P* [186] consonante *P* [187] pium *R* [188] *sic codd. praeter Mo* (adosia) *sed cf. Osb. A xxxix 7 et a 377* adasia [189] *cf. Osb. a 685* roga

A 106

**AGARENI** dicti sunt proseliti et advene ab Agar, quod interpretatur conversa vel advena; fuit enim egiptia complexui Habrae advena causa generandi data, que post contemptum, increpante angelo, conversa est ad Saram[190].

A 107

**AGGEUS**[191] festivus et letus interpretatur; destructum enim templum reedificandum[192] prophetat et[193], post luctum captivitatis, regressionis predicat letitiam.

A 108

**AGAMUS**, absque coniuge.

A 109

**AGRIOPHAGITE** ideo dicuntur quia solum ferarum carnes edant, ab agrion, quod Greci vocant ferum, vel[194] ager et fagin, quod est comedere; hii cyclopes dicuntur quia unum habere oculum in media fronte ad modum cycli dicuntur: hos India gignit.

A 110

**AGENEVOTES**[195] dicuntur qui se sanctificant, ab agyos quod est sanctus et voveo.

A 111

**AGALMATA**[196], figura, quasi agens ymaginem alterius.

A 112

**AGASO** proprie dicitur qui curat iumenta, quasi agens somarium; quandoque dicitur tamen domesticus minister officiorum.

A 113

**AGAPETA** -te, idest Dei ancilla, que Christo nubere vovit.

[190]*cf. Isid.* 7, 6, 30 [191]*sic Mo:* ageus *cett.* [192]*sic La:* edificandum *PRVa* [193]*om. P* [194]*sic Va:* unde *PR om. La* [195]*cf. Pap. AG* 24 [196]*sic Va:* agamalta *cett.*

A 114

**AGRAMATUS**, illitteratus, ab a quod est sine, et gramaton quod est littera.

A 115

**AGELASTUS** dicitur qui numquam ridet.

A 116

**AGAZIN** splendescens interpretatur.

A 117

**AGRIPPA** est qui cum labore matris editur, sicut per pedes non per caput, ab agros, quod est tractus, et pes, quia in partu primo loco pedes emittit[197].

A 118

[1] **ALGEO** -es alsi alsum, verbum neutrum, idest frigere, unde verbalia, sed non sunt in usu hic **alsor** et **alsio** -nis, res verbi; [2] et hic **algor** -ris, idest frigus, et pro eodem hic **algus** -gus -gui, unde **algidus** -a -um, idest frigidus, quod comparatur -gidior -simus et cetera, et hec **algiditas** -tis; [3] algus posuit Plautus in Rudente[198] 'vel tu suda vel peri algu'; et ab algus **algosus** -a -um, frigorosus; [4] et ab algeo hec **alga** -e, quod proicit mare vel herba marina que frigida est, unde et mare dicitur algosum, eo quod algam a se proiciat; vel potest alga dici ab alligo -gas, quod pedes vel naves alligat; et hec **algema** ab algeo dicitur, idest dolor, quia faciat algere; et ab algeo **algesco** inchoativum et utrumque componitur cum ex, unde **exalgeo** et **exalgesco**.

[5] Item algeo componitur cum inde vel in, et dicitur **indulgeo**, d interposita, et habet diversas significationes: indulgere enim accipitur pro gratis concedere ut 'papa indulsit michi hanc potestatem'; et indulgere pro operam dare ut 'indulgere gule noli, que ventris amica est'[199]; et indulgere pro remittere ut 'indulge nobis, Domine, peccata'; et tunc dicitur indulgere quasi inde algere, idest postea cessare a notitia et memoria forifacti, et in prima significatione activum est, in aliis neutrum.

[197] amittit *P* [198] 582 tu vel suda vel peri algu [199] *ps. Cato dist. 4, 10*

A 119

[1] **ALO** -lis -lui altum vel alitum, unde duplicia verbalia **altor** et **alitor**, **altrix** et **alitrix**, **altio** et **alitio**, et **altus** -tus -tui et **alitus** -tus -tui[200], idem quod alitio, et **alitus** quandoque pro spiritu et pro spiratione, et hoc **alimen** -nis, idest nutrimentum; [2] et ab alo vel ab alitus, ut dicit Priscianus[201], venit **alo** -las, idest spirare, alitum emittere vel redolere, unde **alatus** -tus -tui, idest odor, unde Martianus[202] 'alatu pasci foverique docuerat'; [3] et hec **aloa**, arbor suavissimi odoris, cuius lignum vice thimiamatum in altaribus adoletur; et inde hec **aloes** -is, pro quodam unguento amarissimo inde facto vel specie; et hic **alabastrites**, lapis candidus intinctus variis coloribus, unde **alabastrum**, vas unguentarium inde factum; [4] et componitur cum ex, et fit **exalo** -las, idest foras emittere vel de vita recedere, et est neutrum sicut et suum simplex. [5] Item componitur alo -las cum an vel ana, quod est sursum, et fit **anelus** -a -um, unde quidam vitiose aspirant, et inde anelus idest anxius, unde **anelitus** -tus -tui, et **anelosus** -a -um, et hec **anelia**, idest pugna, et **anelo** -las, idest anxiari.

[6] Item ab alo -lis hic et hec **altilis** et hoc altile, idest res que ad hoc alitur ut pinguior occidatur, ut porci et volucres domestice; et dicitur quandoque substantive hec **altilis** et quandoque hoc **altile**, unde in Evangelio[203] 'tauri mei et altilia occisa'; et hic **altellus** -li, idest Romulus, eo quod a lupa mirabiliter sit altus, idest nutritus; vel altellus quasi altus, idest nutritus, in tellure: non enim iacuit in cunis sed in terra; et hec **alitudo** -dinis, idest pinguedo; [7] et hic **alumnus** -ni, idest qui nutrit et qui nutritur, unde hic **alumnulus** -li diminutivum, et **alumnatus** -a -um, idest nutritus, unde Martianus[204] 'secretis sanctioribus alumnate'; et hec **alumna**, que nutrit et nutritur, unde **alumnula** diminutivum; et ab alumnus **alumno** -as -avi, idest nutrire, verbum activum.

[8] Item ab alo hic **alifanus**, parvus sciphus, quasi alens infantes. [9] Item ab alo vel ab alimen hoc **alimentum**, et hec **alimonia** pro eodem, scilicet quod habetur ad alendum, unde pluraliter hii **alimones** -num, idest nutritores, et hec **alicaria** -e, idest meretrix, que questus gratia curiam sequitur ut ibi alatur, ex quibus videtur componi et hic **alietus** -ti 'lo smerelio', unde Ovidius in Methamorphoseos[205] 'et modo factus avis fulvis alietus in alis'.

[200] et alitus... tui *om. R* [201] *cf. gramm. II 527, 22; 571, 19-20* [202] *1, 7 p. 5, 2* halatu pasci f. d. [203] *Vulg. Matth. 22, 4* [204] *9, 892 p. 339, 15-16* [secretis sanctioribus] alumnatae [205] *8, 146* et modo factus erat (avis *v. l.*) fulvis haliaee-

[10] Item ab alo hec **ala** -le, quia ea pullos alit avis, unde hoc **alabrum** -bri, illud[206] in quo fila vertuntur, unde quidam[207] 'vertitur hoc alabro quicquid net femina fuso'; et nota quod[208] filum a colo ducitur in fusum, a fuso in alabrum, hinc in girgillum, hinc in glomicellum, hinc in pannum, postea in telam; ale etiam dicuntur milites, quia sicut gallina alis protegit pullos, sic milites suis clipeis cooperiunt[209] et protegunt pedites; **ala** etiam pars pilosa sub brachiis, que etiam dicitur **ascella**, quia ex eis brachia cillentur, idest moventur; [11] et ab ala **alatus** -a -um, qui habet alas, et hic et hec **ales** -tis pro ave et pro veloci, quia alis alta[210] conscendat[211]; alites si adversa nuntient inhibe dicuntur, quia inhibeant, idest prohibeant et vetent; si prospera prepetes, quia omnes aves volantes priora petunt; et hec **alaris** -ris, idest turma equitalis, et hec **alarica**[212] -ce, asta militum habens ferrum quadratum, quasi ad modum quatuor alarum; et ala componitur **aliger** -ra -rum, et hic et hec **alipes** -dis, idest velox, quasi habens[213] alas in pede; [12] et ab alo **almus** -a -um sanctus, pulcher, nutriens, et secundum Rabanum[214] hec **alnus** -ni arbor, eo quod amne alatur, unde **alnetum** locus ille ubi crescunt alni. Et ab[215] alo **alvus** -vi, receptaculum omnium sordium, vel potius derivabitur postea ab abluo[216] -is.

[13] Item ab alo hec **alcedo** -nis, idest avis quedam que ceteris avibus sedulius pullos alit, unde Plautus in Penulo[217] 'cum ibi[218] alcedo pullos educit suos', et hec **aluta** -te pellis, que tincta dicitur vulgariter cordovese, quia alit pedes, unde Iuvenalis (7, 192) 'appositam nigre lunam subtexit alute'; et inde hic **alutarius** -rii, idest ille pelliparius qui operatur tinctas vel tanatas[219] pelles, vel qui eas tingit.

[14] Item ab alo hoc **alumen** -nis, vel a lumine, eo quod ceteris coloribus lumen prebeat vel alimentum; et hic **aliptes** -tis plagarum curator, qui eas fomentis alit, idest sanat, unde Iuvenalis[220] 'grammaticus, rethor, geometer, pictor, aliptes'.

[15] Item ab alo hic **olus** -eris dicitur quelibet herba ortulana ut atriplex, brassica, porrum, olisatrum, et dicitur olus ab alendo, quia primum homines alerentur de olere[221] quam fruges vel carnes ederent; olus etiam

tus (alietus *v. l.*) alis (in alis *v. l.*) [206]*om. P* [207]*non repperi* [208]*om. P* [209]cooperiuntur *P* [210]alata *P* [211]*sic LaVa:* conscendant *PR* [212]*cf. Cremascoli 1990 p. 85 et 1994 p. 206* [213]*sic* (quasi habens) *VaMo:* qui habet *cett.* [214]*univ. 19, 6 p. 519B* Alnus vocatur, quod alatur amne [215]*om. P* [216]aluo *P* [217]356 quom ibi alcedo p. e. s. [218]*om. P* [219]variatas *R* [220]*Iuv. 3, 76* grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes [221]de olere *om. P*

dicitur cibus inde factus et summitas herbarum, unde hoc **olusculum** diminutivum, et **olerinus**[222] -a -um; [16] et hic **olitor** -oris, idest ortulanus, idest olerum custos; Oratius[223] 'olitoris aget mercede caballum'[224]; olitor etiam dicitur fimarius, qui portat fimum, ab oleo -les; et **olero** -as, olera plantare vel oleribus plantare, unde Cecilius[225] 'meum ortulum plus olero quam stercoro'[226], et componitur **deolero**, et **exolero**, valde olerare vel olera auferre, et est neutrum cum omnibus suis compositis.

[17] Alo componitur **coalo** -lis, idest crescere, quod et secunde invenitur **coaleo** -es, unde **coalesco**, verbum inchoativum, et hic **caulis** -lis: et est caulis generaliter herbarum vel olerum medius frutex, qui vulgo tirsus dicitur, quia a terra sursum conscendat, ex quo tractum est, ut specialiter quoddam genus olerum caulis diceretur, quia tirsus ipsius amplius ceteris oleribus coalescit, idest crescit.

A 120

[1] **ALIUS** -a -ud nomen ad aliquid est abnegativum, et potest dici de pluribus quam duobus, cum alter non dicatur nisi de duobus; et differt similiter a ceterus: nam alii dicuntur ex alio numero, sed ceteri ex eodem; unde **alienus** -a -um extraneus, unde **alieno** -as -vi verbum activum, idest alienum facere, et inde verbalia; et componitur **abalieno** -as et inde verbalia; [2] et ab alienus et genitus dicitur hic et hec **alienigena**, alia patria natus, et ab alius **alias**, idest in alio tempore et tunc est adverbium temporis; vel **alias** idest in alio loco et tunc est locale, vel **alias** idest **aliter**, et tunc est qualitativum; et ab alius **alio**, et significat ad locum, quod componitur cum versum vel orsum et fit **aliorsum**, quod similiter significat ad locum; [3] et alius componitur cum quis et fit **aliquis** -qua -quid et cetera, cuius ablativus scilicet **aliquo** ponitur adverbialiter, et significat ad locum; quod componitur cum versum vel orsum et fit **aliquorsum**, idest versus aliquam partem.

[4] Item alius componitur cum quot et fit **aliquot**, pluraliter tantum, et est indeclinabile et omnis generis, unde **aliquotiens** adverbium numeri; et componitur cum quantus et fit **aliquantus** -a -um, unde **aliquantulus** -a -um diminutivum; et[227] aliquantum componitur cum per vel parum et cum[228] diu et fit **aliquantisper** et **aliquamdiu**.

[222]olerun *P* [223]*epist. 1, 18, 36* [224]Oratius... caballum *om. R* [225]*Mat. carm. frg. 16 (cf. Prisc. gramm. II 274, 26)* meos hortulos plus stercoro quam holero [226]unde Cecilius... stercoro *om. P* [227]*om. P* [228]*om. R*

[5] Item alius componitur cum quando et fit **aliquando** temporale, et cum ibi et fit **alibi** locale, et cum ubi, interposita c, et fit **alicubi**; et cum unde et fit **aliunde**; et interponitur c et fit **alicunde** pro eodem et significat aliunde et alicunde de loco, ut alicunde de aliqua parte; alibi et alicubi significant in loco; et alius componitur cum quin et fit **alioquin**, idest aliter, qualitativum adverbium.

A 121

[1] **ALTER** -a -um nomen dividuum, et inde hec **alteritas** -tis, idest vicissitudo, et **alternus** -a -um idest vicissitudinarius, unde **alterne** et **alternatim** adverbia, idest vicissitudinarie, et **alterno** -as verbum activum, idest mutuare[229], vel alternatim aliquid dicere vel facere, et etiam pro dissociare invenitur, unde verbalia; [2] et ab alter **alterco** -as, vel **altercor** -aris, idest certare, litigare, et inde verbalia; et componitur utrumque **coalterco** -as, et **coaltercor** -aris; et ab[230] alter **altrinsecus**, idest aliter, et altrinsecus idest e contrario utrimque, unde Prudentius in libro Ymnorum[231] 'respondet ille altrinsecus'; [3] et ab alter **altero** -as verbum activum, idest variare, facere alterum, unde **alteratus** -a -um, idest variatus et potest esse nomen simpliciter derivatum ab alter; alter componitur cum plica et fit **alterplex** -cis, idest qui vel que est animo[232] duplex; et cum sesqui, quod est totum, et fit **sesquialter** -a -um, sesquialter numerus qui continet totum alium et alteram eius partem; [4] et cum uter et fit **alteruter** -tra -trum, idest iste vel ille vel uterque, ambo, et inde **alterutrum** adverbium, idest mutuo, unde Iacobus[233] 'confitemini alterutrum peccata vestra'. Invenitur etiam **alterutrim** in eodem sensu. Item ab alter et plico alterplex.

A 122

[1] **ALTUS** -a -um, quod tres habet significationes: altus, idest subtilis, ut 'alta scientia est in isto', idest subtilis, et altus idest sublimis et altus idest profundus; conversim enim et reciproce altus ponitur pro profundus, et profundus pro altus, et comparatur -tior -simus et cetera; [2] et inde hec **altitudo** -nis et hec **altea** -e silvestris malva, eo quod in altum prodeat, et hic **altanus** -ni ventus altus in pelago, et etiam quilibet ventus sic potest

[229]mutare *R* [230]*om. P* [231]*perist. 5, 53* Respondit ille altrinsecus [232]animi *P* [233]*Vulg. Iac. 5, 16* confitemini ergo alterutrum peccata vestra

dici quia perflet alta; [3] et componitur altus cum ara et fit **altare**, quasi alta vel altorum ara, et hoc **altarium** pro eodem[234], unde **altariolum** -li diminutivum, et hoc **altar** -ris idest altare, unde Prudentius in libro Ymnorum[235] 'ossibus[236] altar et impositum'.

[4] Item ab altus **alto** -as, quod non est in usu, sed componitur **exalto** -as, in altum extollere, et **inalto** -as pro eodem, a quibus verbalia; altus componitur **altisonus** -a -um, alte sonans, et **altigradus** -a -um, alte gradiens, vel qui est in alto gradu, et **altiloquus** -a -um, qui alta loquitur, et hic et hec et hoc **altitonans**, qui[237] alte tonat, et substantive potest dici hic **altitonans** -tis, Deus.

[5] Item altus componitur cum metior et fit hoc **altimetrum** -ti, quedam mensura qua metimur altitudinem; et cum thronus, quod est sedes, et fit **altithronium**, sedes regia, et inde dicitur **altithronus** -ni, qui sedet in illa sede; [6] et ab altus hec **alpis**, sed raro invenitur in singulari, et dicuntur **alpes** quasi alta petentes vel quasi altipedes, idest montes, et non est compositio; et est tractum a lingua Gallorum, qui alpes altos montes vocant, unde **alpinus** -a -um, in alpibus existens, et componitur **transalpinus** -a -um, idest ultra alpes existens, et inde **transalpinor** -aris, idest ultra alpes ire.

[7] Item ab altus et boans **altiboans**[238], idest in altum vel ex alto sonans.

A 123

[1] **ALBO** -bas, verbum activum, idest album facere et inde verbalia; et **albeo** -es neutrum, idest album esse vel fieri, a quo **albesco** -scis inchoativum, et **albico** -as idest parum albere, et **albus** -a -um et comparatur -bior -simus et cetera; [2] et ab albus hec **albedo** -nis, et hic **albor**, et hec **albities** -ei omnia pro eodem, et hic **albus** pro ventre, quasi alvus, et hic **albo**[239], indeclinabile, pro libro et precipue ubi nomina sanctorum scribuntur, unde hic **albiolus** -li diminutivum, unde Iuvenalis[240] 'cuius et albiolos pignerat Atreus'; et hoc **album** -bi invenitur pro albedine[241].

[3] Item ab albus hec **albugo** -nis, idest glaucitas oculorum vel albedo oculorum, et hoc **albumen** -nis, albedo ovi. [4] Item ab albeo vel albus

[234] *sic* (pro eodem) *VaMo: om. cett.* [235] *perist.* 3, 212 [236] *sic Va:* assibus *PRLa* [237] quasi *P* [238] altibonans *P* [239] albio *R* [240] 7, 73 cuius et alveolos (albiolos *v. l.*) et laenam pignerat Atreus [241] [albedine et album pro quodam edicto pretorio *Mo*]

**alburnus** -a -um, et **albidus** -a -um pro eodem, idest albus, et comparatur albidior -simus, unde **albide** -dius -sime adverbium, et hec **albiditas** -tis, et **albido** -das verbum activum, idest album facere, unde verbalia. Item nota quod hic **Alburnus** dicitur quidam mons eo quod albeat.

[5] Item ab albus hec **Alba**, quedam civitas eo quod alba scrofa fuit ibi inventa, et hec **Albula** -le, quidam fluvius propter colorem aque; qui fluvius modo dicitur Tiberis[242] a Tiberino rege ibi submerso; [6] et pluraliter hee **albane** -narum, scilicet nuces que diu servate fiunt albe, et hec **Albania** regio orientalis, inde **Albani** dicuntur homines illius regionis propter albos capillos. [7] Albo -as componitur cum de et fit **dealbo** -bas verbum activum, unde verbalia, et albeo componitur **coalbeo** -bes.

A 124

[1] **ALEA** -e, ludus quidam vel instrumentum quibus[243] luditur, ab Alea, quodam milite, qui in troiano bello illum ludum invenit. Inde hec **aleola** -e diminutivum, et hoc **aleatorium** -rii, locus in quo luditur cum aleis, et **aleatorius** -a -um quod pertinet ad aleas, vel qui cum eis ludit; [2] et hoc **alearium**, idest locus ubi alee reponuntur vel ubi luditur, et hic **aleo** -nis, idest ille qui assidue cum aleis ludit, unde Nevius[244] 'pessimorum pessime, audax, ganeo lustro aleo', et hic **aleator** -ris, qui perfectus est in ludo alearum.

A 125

Hec **ALAPA**, idest colaphus -phi, unde hic **alopus** -pi, idest ille qui alapas patiendo victum acquirit; et hinc **alapo**[245] -as, et **alapizo**[246] -as, ambo pro alapas dare, et sunt activa, a quibus verbalia; et hec **alopicia** -cie, idest fluxus capillorum.

A 126

Hic **ALOPIUS**[247], littera[248] vel nota in libris emendatis.

A 127

**ALDEN**, infernus, ab a quod est sine, et eden quod interpretatur delicie, quia nulle delicie in inferno, vel eiden quod est videre, quia sine visione[249] Dei est.

[242]tiberinus *R* [243]cum quo *R* [244]*com. 118* [245]*sic Va:* alopo *PR* alaipo *La*
[246]*sic Va:* alopizo *PR* aloapazo *La* [247]*cf. Osb. a 566 cf. infra, A 136* alogus
[248]*om. P* [249]*sic VaMo:* mansione *cett.*

A 128
**ALPHA**, prima[250] littera apud Grecos et[251] derivatur ab aleph, hebrea littera; et ab alpha a; et componitur cum beta secunda littera et[252] dicitur hoc **alphabetum**, idest abecedarium.

A 129
Hec **ALBEFIA**[253], genus scuti quia albet.

A 130
**ALICA** -ce, genus frumenti; **alicastrum**, aliud illi simile.

A 131
**ALLELUIA** dicitur ab allelu, quod est laus, et Ia, quod est nomen Dei secundum quod est invisibilis, inde alleluia idest laus Dei.

A 132
**ALPHEUS** interpretatur mitissimus sive doctus, et est etiam nomen fluvii et tunc interpretatur rectitudo vel albus, unde fingitur quod Alpheus sequitur Aretusam, idest rectitudo virtutem.

A 133
**ALIPARIUS**[254], iaculator pile.

A 134
**ALABANDA**, regio Asie, unde **Alabande** -darum civitas in illo loco, unde **alabandina**, gemma ibi abundans, et **alabandinus** lapis.

A 135
**ALOPICIA** est fluor capillorum circumscriptus[255] pilis fulvis, aeris qualitatem habentibus, sic dicta a similitudine animalis vulpecule, quam Greci alopiciam vocant, unde **alopiciosus** -a -um, idest calvus.

A 136
Hic **ALOGUS**[256], signum, nota que ad mendas perhibetur[257] in libris; sic facta est: J.

[250]hec *P* [251]*om. P* [252]*om. P* [253]albesia *LaVaMo et Osb. a 208* (albefia *v.l.*)
[254]*cf. Marinoni 1988 p. 647* (alipila-) [255]*cf. Isid. 4, 8, 1* circumscriptis (circumscriptus *v. l.*) [256]*cf. supra, A 126* alopius [257]*om. P*

A 137

**ALIBRUM** dicitur quia in eo librantur, idest volvuntur, fila, vel liberantur idest solvuntur, idem quod alabrum.

A 138

**ALLICULA**, genus vestis.

A 139

**ALIUTARE**, verba conicere.

A 140

[1] **ALLON** interpretatur alienum, a quo et pate, quod est passio, dicitur hec **allopatia** -e, vel grece hec **allopate** -tes -te -ten, idest aliena passio que ab alio infertur. Item ab allon et filius hic **allofilus** -li, idest alienigena, sicut Filisteus, Palestinus; [2] et ab allon et thesis, quod est positio, dicitur hec **allotheta**, idest diversa positio accidentis vel accidentium, ut cum casus vel persona ponitur pro casu vel persona, vel cum diversi casus vel persone construuntur intransitive et consimilia; et ab allon et logos, quod est sermo, vel gore quod est dicere, hec **allegoria**, idest alieniloquium, cum aliud sonat et aliud intelligitur, et sunt eius species VII: yronia, antifrasis, enigma, carientismos, paroemia, sarcasmos, astismos.

A 141

**ALTERIMBALANUS**[258] dicitur instrumentum lucernarum usibus aptum.

A 142

[1] **ALCE** interpretatur fortitudo sive virtus, a quo et idos, quod est forma, dicitur Hercules **Alcides**, idest fortis et formosus, vel ab Alceo avo. [2] Item ab alce et ena, quod est unitas vel novum, dicitur **Alcumena**, mater Herculis, quasi unica vel nova fortis, et ab eisdem componitur et dicitur **Alcumenus**, proprium nomen viri. [3] Item ab alce **Alceus**, quidam poeta fortis, quia invectivam[259] scripsit.

[258]altimbalanus *P* *cf. Pap. AL 146* alteribalanis *(ex Isid. 17, 7, 38* altera βάλανος*)*
[259]invectiva *P*

A 143
**ALIA**, nomen fluvii, sed quandoque, causa metri, interponitur aliud -l- et dicitur Allia.

A 144
**ALDIUS**, de matre libera natus.

A 145
**ALFITA**[260], farina ordeacea.

A 146
**ALBILATRA** leviter decurrit.

A 147
**ALACRIMONIA**, alacritas, letitia.

A 148
**ALLEC**, genus piscis saporiferi, unde per contrarium dicuntur **alleces** insulsi, vel est grecum.

A 149
**ALLERS**[261], doctus, quasi alienus ab arte per contrarium.

A 150
**ALANI** dicuntur quidam populi habitantes iuxta Lanum flumen, sicut **Alemanni** dicuntur habitantes iuxta Lemanum flumen.

A 151
**ALCION** pelagi volucris dicta, quasi ales oceanea[262], quia in hieme in stagnis Oceani nidos facit; qua excubante, fertur pelagus silentibus ventis continua septem dierum tranquillitate mitescere, et eius fetibus educandis obsequium ipsa rerum natura prebere; vel sic dicitur ab Alcione, uxore Ceycis, que dolore viri sui mutata est in avem illam.

A 152
[1] **AMO** -as, verbum activum, unde **amator**, a quo **amatorius** -a -um,

[260]*sic Va:* alfitam *cett. cf. Pap. AL 76* [261]*cf. Gloss. V 438, 44* [262]sicianea *P*

et hic **amatorculus** -li diminutivum, idest parvus amator, unde Plautus in Penulo[263] 'vix' inquit 'egreque amatorculos invenimus'. Et hec **amatrix** -cis, unde **amatricula** diminutivum. [2] Item ab amo **amatus** -tus -tui, et hoc **amamentum** -ti, et hoc **amamen** -nis, omnia pro eodem, idest amatio; et hic et hec **amabilis** et hoc -le, unde **amabiliter**, et componitur **inamabilis**, unde **inamabiliter** adverbium; [3] et hic **amasius** -sii, qui intemperate amat vel qui intemperate amatur, et est amasius luxurie, amicus honestatis, a quo **amasiolus** -li diminutivum, et hec **amasia** -e, unde hec **amasiola** -le diminutivum; dicitur etiam hic **amasio** -nis idem quod amasius, unde Prudentius in libro Ymnorum[264] 'amasionum' inquit 'comprimuntur fraudibus', et inde hic **amasiunculus** -li diminutivum.

[4] Item ab amo hic **amicus** -ci, quasi amoris custos, vel dicitur amicus ab hamo, idest catena caritatis, et adiective **amicus** -a -um, et comparatur amicior, amicissimus, cuius comparativum Augustinus De civitate Dei sic posuit in IX libro[265] 'quasi possint propinquiores et amiciores deis bonis conciliare', unde et Plautus in Penulo[266] 'Nichil est homini amico oportuno amicius', et inde **amice** -cius -sime adverbium et hec **amicitia**; et nota quod in hoc comparativo amicior interponitur hec sillaba -ti- quandoque, ad differentiam prime persone huius verbi **amicior** -ciris, ut dicatur amicitior; [5] amicus componitur **inimicus**, quod comparatur -micior -simus, unde hec **inimicitia** -e; et ab amicus fit **amico** -as activum, et **amicor** -aris deponens in diversis significationibus, ut 'ego amico illum tibi' idest facio illum amicum tibi, et 'ego amicor tibi' idest ego sum amicus tibi; similiter ab inimicus **inimico** -as activum, et **inimicor** -aris deponens invenitur in diversis significationibus, ut 'ego inimico tibi illum' idest facio illum inimicum tibi, et 'inimicor tibi' idest sum inimicus tibi, et ab istis omnibus verbalia.

[6] Item ab amicus hic et hec **amicalis** et hoc -le, et hic et hec **amicabilis** et hoc -le, quod potest esse ab amicor -caris, unde **amicabiliter** et hec **amicabilitas** -tis; similiter ab inimicus hic et hec **inimicalis** et hoc -le, et hic et hec **inimicabilis** et hoc -le, vel ab inimicor -caris potest hoc venire, unde **inimicabiliter**, et hec **inimicabilitas** -tis.

[7] Item ab amicus **amicio** -cis -civi amictum, verbum activum, idest cooperire vel adiungere vel ligare, quia amicus amicum sibi sociat et eum

[263] *236* vix aegreque a. i. [264] *perist. 10, 182* [265] *9, 1, 28-29* possint quasi propinquiores et amiciores diis bonis conciliare [266] *Epid. 425* nihil homini amicost opportuno amicius

protegit et cooperit et defendit, unde Ovidius Metamorphoseos in V libro (546) 'ille sibi ablatus fulvis amicitur in alis'; et inde **amictus** -a -um, idest coopertus, et hic **amictus** -tus -tui, et hoc **amictorium** -rii, ambo pro quolibet vestimento, et hoc **amiculum** -li, idest mitra virginalis, unde Martianus[267] 'amiculo virgo virginem contexit'; vel est **amiculum** lineum[268] pallium meretricum: hoc olim in adulterio deprehense induebantur, ut in tali amiculo potius quam in stola polluerint pudicitiam, et erat olim signum meretricie vestis, sed nunc est honestatis.

[8] Item ab amicio hee **amites** fustes aucupales[269], quia amiciuntur, idest cooperiuntur pulvere, cuius singularis hec **amis** -tis raro invenitur. [9] Item ab amicio **amictuo** -as, verbum frequentativum, unde verbalia, et componitur **circumamictuo** -as; dicitur tamen et **circumamicto** -as per sincopam. Amicio componitur **circumamicio** -cis, unde **circumamictus**, et debet m taceri, sed si sint due partes debet proferri; et componitur cum con- et fit **coamicio** -cis, subtrahitur n. [10] Item ab amo **amor**, unde **amorosus** -a -um et comparatur -sior -simus, unde **amorose** -sius -sime adverbium, et est amor pius filiorum, iustus uxoris, crudelis contra naturam, obscenus meretricum. Item amor, cum pravus est, vocatur cupiditas vel libido, cum rectus est dilectio, caritas; et ab amo **amabundus**, idest similis amanti; et hec **amita**, soror patris, quasi alia mater, et componitur hec **abamita**, soror avi; unde **amitinus** filius amite. [11] Et hec **ama** -e, avis, secundum Ysidorum[270], que multum amat, que et strix dicitur a stridendo, et est avis nocturna; et **amabo** interiectio blandientis. Item amans participium componitur cum drias, quod arbor est, et fit hec **Amadrias** -dis; Amadriades dee sunt arborum, quasi amantes driades; [12] et componitur cum pole, quod significat plura, et fit hic **polidamas** -me, idest multicuba et multigamus, qui plures scilicet habet uxores, sicut fuit Nero, dictus Polidamas. Nam dicitur fuisse vir omnium mulierum et mulier omnium virorum, unde Persius[271] 'nec michi Polidamas et Troades Labeonem pretulerint'; [13] amans, secundum quod non[272] est participium, comparatur -tior -simus, unde **amanter** adverbium, quod tantundem valet quantum **amatim** ab amatus.

[14] Item ab amo secundum Varronem[273] **amenus** -a -um, sic enim in

[267] *1, 7 p. 4, 17-18* amiculo virginem virgo contexit [268]linee *P* [269]augurales *P* [270]*cf. Isid. 12, 7, 42* Haec avis vulgo amma dicitur, ab amando parvulos [271]*1, 4-5* ne mihi Polydamas et Troiades Labeonem / praetulerint [272]*om. P* [273]*Varro apud Isid. 14, 8, 33* Amoena loca Varro dicta ait eo quod solum amorem

quodam libro ait[274]: 'amenum est quod solum amorem prestat et ad se amandum alliciat'; vel dicitur amenum quasi amunium, idest sine munio, idest sine fructu, delectationem enim solum confert; et comparatur amenior -simus et cetera, unde hec **amenitas** -tis, et hec **amenitudo** -nis, iocunditas, delectatio; et hoc **amenium** -nii, idest locus pulcer et delectabilis, et etiam pro amenitate ponitur; amenus componitur **inamenus**.

[15] Item ab amenus hic **amnis** -nis, idest fluvius, propter amenitatem riparum, unde **amniculus** -li diminutivum, et **amnicus** -a -um, idest fluvialis, et hec **amneses**[275] -sis, quelibet villa prope amnem sita, et per compositionem hec **interemna** -e, corda que frequenter est inter amnes, sicut in piscaturis et in navibus, et hec **antenna** corda capitalis in navi, que sursum dirigit velum, et dicitur antenna, quia ante se habeat aquas; vel dicitur antenna pertica ex qua velum dependet, quasi ante amnem posita; preterfluit enim eam amnis, unde Ovidius Tristium[276] 'non tulit antennas aura secunda meas'.

[16] Item amnis componitur cum colens et fit hic et hec **amnicola** -le, idest colens amnem; et cum medius et fit hec **mediamna**, insula in medio amne posita. Proprie dicitur maris insula, quasi in salo, idest in mari sita. [17] Item ab amo **amasco** -scis inchoativum, et **amaturio** -ris meditativum verbum, idest meditor amare. Amo componitur **redamo**, idest rursus amo, et **deamo**, idest valde amo, et **peramo** pro eodem, et hinc verbalia, et est activum amo cum omnibus suis compositis, et differt a diligo: diligo in bono, amo in malo, item amamus ardentius, diligimus lenius.

A 153

[1] **AMBO** ab ampho greco, quod equipollet huic, vel ab amphi, quod significat circum, et inde per compositionem hec **ambidens** -tis, idest ovis habens in superiori dentem et alium in inferiori parte; et **ambifariam** adverbium discretivum, idest ex ambabus partibus, et hec **ambegna** -gne, idest ovis que cum[277] duobus agnis immolabatur, quasi ex utraque parte agnum habens; [2] et hec **ambusilla** -le, idest venter qui ambabus partibus cilletur, idest movetur, scilicet per os et per anum; hic **amphibolus** -li non est ab ambo, sed ab am, quod est circum, et fibula, vestis circumvil-

praestant et ad se amanda adliciant [274]*om. P* [275]amneses *RVaAm:* ameneses *PLa* amnesis *Mo cf. Osb. A xlii 4* amnenses (amneses *v.l.*) [276]*5, 12, 40* dum tulit antemnas aura secunda meas [277]*om. P*

losa sicut est sclavina, que circumclauditur; et ab ambo vel amphi et tapetum componitur hec **amphitapa** -pe vel **amphitapum** -pi, idest tapetum circumvillosum.

[3] Item ab amphi et doxa, quod est gloria, fit **amphidoxus**, idest ex utraque parte gloriosus. Item ab amphi et teatrum **amphiteatrum** -tri, idest teatrum habens circumquaque spectaculum, vel dicitur sic locus gladiatorum circumtritus, vel dicitur sic, quia ex duobus teatris sit factum, quasi ex utraque parte habens teatrum, quia amphiteatrum rotundum est; teatrum vero ex medio amphiteatro est, semicirculi figuram habens; et ab amphi et tero, hic **amphitrites** -tis, idest mare, a circumterendo litus sic dictum.

[4] Ambo componitur cum loquens et fit **ambiloquus** -a -um, idest bilinguis, qui nunc hoc nunc illud affirmat, unde hoc **ambiloquium** - quii talis locutio; et nota quod ambo dividit et colligit, duo colligit et non dividit, unde vere possum dicere 'isti duo ferunt hunc lapidem' sed non 'isti ambo ferunt hunc lapidem' nisi uterque ferret; et declinatur ambo -be -bo, amborum ambarum amborum, ambobus ambabus ambobus, ambos ambas ambo, ambobus ambabus ambobus.

A 154

[1] **AMARUS** -a -um ab a, quod est sine, et mare, per contrarium, quod comparatur -rior -simus, unde hec **amaritudo** -nis, et hic **amaror** -ris pro eodem, et hoc **amaricum** -ci, unguentum quod amarum est, et hec **amarina** -ne virgultum amarum, et **amarulentus** -a -um plenus amarore, et **amaricosus** -a -um pro eodem, et potest comparari.

[2] Item ab amarus **amarico** -as verbum activum, idest amarum facere vel defatigare, unde verbalia, et **amareo** -res, idest amarus sum vel fio, unde **amaresco** -scis verbum inchoativum. Item ab amarus hic **amaracus** -ci, quedam herba, unde Virgilius[278] 'ubi mollis amaracus illum', vel Amaracus fuit quidam puer qui, dum deferret unguenta et cecidisset, mortuus est et mutatus in florem sui nominis; ita, a nomine illius, dicitur herba amaracus et flos et unguentum quod inde fit, quod et hoc **amaracum** dicitur.

[3] Item ab amarus hic **cucumer** vel **cucumis** -ris, quia interdum sit amarus, qui dulcis nasci perhibetur, si lacte mellito eius[279] semen infun-

[278]*Aen. 1, 693* [279]eorum *P*

datur. Unde hoc **cucumerarium**, locus ubi cucumeres abundant vel servantur, et hic **cucumerarius** -rii, et hec **cucumeraria** -rie, qui vel que eos custodit vel vendit.

[4] Item ab amarus hec **amurca** -ce, idest fex olei inferior proprie, sed quandoque pro alterius liquoris accipitur fece, vel dicitur sic quia ab oleo se mergat inferius, ab a et mergo; amarus componitur **quamamarus, peramarus**, ambo pro valde amarus.

[5] Item ab amarus hec **mirica** -ce, quam Latini tamariciam vocant, ex amaritudine nominata; gustus enim eius nimis est amarus; ex qua etiam arbore maleficis artibus mistra[280], idest odia, concitari dicuntur.

[6] Item ab amarus hec **mirra** -re, quedam arbor Arabie altitudinis quinque cubitorum, similis spine quam achantum vocant, cuius gutta viridis est et amara, unde et mirra dicta est tam arbor quam gutta illius, et hinc **mirratus** -a -um, mirra imbutus et infectus; [7] et amarus componitur cum xiros, quod est fructus, et dicitur **xiromirrum**, fructus mirre vel aroma et mixtura mirre et aloes, unde mortuorum corpora condiuntur ne putrescant; unde hic **mirrites**, quedam gemma quia in ea color est mirre, et hec **murrina**[281] -ne, potio divina que a Grecis nectar dicitur.

[8] Item mirra dicitur lapis unde fiunt vasa, unde Lucanus[282] 'non auro myrrave bibit', unde **mirrinus** -a -um, ut 'mirrina vasa'. Item ab amarus hoc **marrubium** -bii, quedam herba quam Greci vocant prasium[283], et dicitur sic propter amaritudinem.

A 155

[1] **AMBULO** -as, verbum neutrum, et potest esse derivatum ab ambo -nis, quod est gradus, unde verbalia, et hoc **ambulacrum** -cri, idest locus ad spatiandum, spatiosus, quod etiam pro porticu reperitur, et hoc **ambulatorium** -rii pro loco apto ad ambulandum, et hic **imbulus** -li, idest porticus lata et spatiosa, et dicitur imbulus quasi inambulus, idest locus ad ambulandum spatiosus, et **ambulus** -a -um, quod et substantive poni potest pro cursore, qui causa festinationis legatur; [2] ambulo componitur **deambulo** -as, idest de loco ad locum spatiando ambulare, unde verbalia, et hoc **deambulatorium** -rii, quod proprie dicitur labium, quod stat[284] iuxta domos ad spatiandum, et **obambulo** -las, idest circum ambulare vel

[280]mistra *RAm et aliquot codd. Isid. 17, 7, 49:* ministra *PLa* mista *Va* mistica *Mo* [281]*sic VaMo:* mirna *cett.* [282]*4, 380* non auro murraque bibunt [283]*sic VaMo:* prophium *cett.* [284]fit *R*

melius est pro spatiari, unde Ovidius Metamorphoseos, in secundo (851) 'in teneris formosus obambulat herbis[285]'; [3] et **preambulo** -las unde verbalia, et **preambulus** -a -um, idest ante ambulans, quod et substantive potest poni, unde Martianus Capella[286] 'Phylologia Musis ambita et matre preambula corrogator'; componitur quoque **perambulo** -las, et **coambulo** -las et hinc verbalia, et **redambulo**[287] -las idest redire, remeare, unde Plautus in Captivis (900) 'bene ambula et redambula'. [4] Item componitur **funambulus** -li, scilicet ille qui discurrit per funem.

A 156

[1] AMBROSIA -e, quedam herba predulcis saporis, divina dicta eo quod inde pascantur equi deorum, unde ambrosia dicitur quandoque nectar vel cibus deorum; [2] hic **ambro** -nis, idest leccator, scilicet idem quod lurco, manducus, ardelio, ganeo; sed interest: ambro dicitur ille qui bene scit iudicare de sapore ciborum et libenter gustat bene saporata; lurco dicitur ille qui gulose et immunde omnia devorat, dictus sic a lues, quod est sordes, vel a lura, quod est os ventris; manducus dicitur ille qui ore hians turpiter manducat; ardelio ab ardeo, qui ardens est in leccacitate; ganeo qui moratur in tabernis, quia ganeum est taberna ubi fit leccacitas, inde ganea talis leccacitas, unde ganeo talis leccator; [3] et ab ambro **ambroninus** -a -um, unde quidam[288], cum vellet alium redarguere, ait: 'Tu habes lurconiciam buccam et ambronina labia', volens significare quod multum et turpiter comedebat et libenter de bene saporatis.

[4] Item ab ambrosia hec **ambra** -bre, scilicet species quedam valde cara, et **ambrosius** -a -um, idest dulcis vel gulosus, et tunc ab ambro; Iuvenalis (6, 77) 'fiat pater Ambrosiusque choraules'.

A 157

[1] AMPLUS -a -um, et comparatur -plior -simus, unde **ample** -plius -sime, et hec **amplitudo** -nis, et **amplitas** -tis pro eodem, et **amplo** -as vel **amplio** -as activa, unde verbalia; [2] et componitur amplus cum ex et fit[289] hoc **exemplum**, quod fit, unde hoc **exemplar** -ris ad cuius similitudinem fit, unde **exemplo** -as verbum activum; componitur etiam

[285]*om. R* [286]*2, 215 pp. 56, 23 - 57, 1* Philologia ambita Musis ac matre praeambula corrogatur [287]reambulo *P* [288]*non repperi sed cf. L 106, 8-9* [289]cum ex et fit *om. P*

**amplifico** -as activum; [3] et componitur cum bulla, quod est inflatio aque, et fit **ampulla**, eo quod ampla sit ad similitudinem bulle; sed melius est ut componatur ab am-, quod est circum, et bulla et conversa b in p dicatur ampulla quasi ambulla, idest circum inflata sicut illa; unde **ampullor** -aris inflari[290], superbire, et ampullosa et inflata et superba verba dicere.

A 158
Hec **AMINEA**[291] -nee, genus uve, ab a, quod est sine, et minium, quod est rubor, quia est sine rubore, et vinum eius, unde **amineus** -a -um; et dicitur quedam aminea gemina, quia duplices uvas mittat, quedam dicitur aminea lanata[292], quia plus omnibus lanescat lanugine.

A 159
Hoc **AMENTUM** -ti, corrigia ligata in medio haste, unde amentum dicitur quasi a medio ligatum, vel quasi medie haste aptatum, unde **amento** -as, idest amento aliquid proicere.

A 160
**AMEN** idest vere, vel fideliter, vel sic fiat et est compositum ab a, quod est sine, et mene, quod est defectio; et est hebreum.

A 161
**AMON** filius populi mei interpretatur, unde dicti sunt **Amonite**, vel Amon interpretatur fidelis vel honestus.

A 162
**AMOS** interpretatur populus avulsus, quia prophetia eius fuit ad populum Israel, qui iam avulsus erat a Deo.

A 163
[1] **AMON** interpretatur arena, unde Iupiter dictus est Amon, quia in specie arietis in arena Libie apparuit Bacho redeunti de India, unde Amon dicitur templum illius ibi factum a Bacho. [2] Item ab amon et crisis,

[290]*sic La:* inflare *cett.* [291]*sic VaMo:* amineas *cett.* [292]*sic Va:* lattaga *P* lanaga *R* lanuga *La*

quod est aurum, dicitur **amocrisus** quidam lapis pretiosus arenis auro intermixtus[293], nunc bractearum nunc pulveris habet quadrulas[294]. Item ab amon hic **amotides**, quidam serpens eiusdem coloris cum arena.

A 164
**AMOREUS**, Araceus, Aseneus, Aradius fuerunt filii Chanaan, unde quidam populi dicti sunt **Amorei**, alii Aracei, alii Asenei, alii Aradii.

A 165
**AMPELOS LEUCE**, sive brionia, quam Latini vitem albam vocant, ab ampelos, quod est vitis et leucos, quod est album, vel a qualitate coloris, vel quia eius radix contrita et corpori infricata[295] teneriorem et candidiorem cutem reddit. Nam et succus baccarum eius lac uberibus siccis reddit. **Ampelos melena**, idest vitis nigra a melan, quod est nigrum, eademque labrusca[296], in omnibus maior quam vitis alba, baccas similiter habens, que in maturitate nigrescunt, unde nomen traxit.

A 166
**AMOMUM** dicitur quia velut odorem cinamoni referat, et nascitur hec arbor in Siria et in Armenia.

A 167
**AMIGDALA** grecum nomen est, que latine nux longa dicitur, hanc alii nucillam vocant, idest minorem nucem; et nota quod invenitur hec **amigdala** -e et hec **amigdalus** -i, et hoc **amigdalum** pro fructu.

A 168
**AMNITES**, gemma similis vitro sed durior.

A 169
**AMIANTHON** lapis dictus a veteribus, quia si ex ipso vestis fuerit contexta, contra ignem resistat, et igni imposita non ardeat sed splendore accepto nitescat.

[293]*cf. Isid.* 16, 15, 5 harenis auro intermixtus [294]quadrululas *P* [295]*sic Mo:* infricta *PRLaAm* instrecta *Va* [296]*sic Am:* lambrusca *PRLaVaMo*

A 170
**AMETISTUS**[297] lapis est, unde ametistizota gemma, quia eius extremus[298] igniculus in ametisti violam exit.

A 171
**AMICINUM**, pediculus utris.

A 172
**AMISTES**, lapis quem qui gestaverit inebriari non poterit; Oratius[299] 'Bassum Threicia vincat amistide'.

A 173
**AMBI**, servi ab ambiendo, idest circumeundo dicti.

A 174
**AMPLESTIA**[300], satietas quia circumcirca implet.

A 175
**AMIO**, piscis saxatilis, sic dictus quia non capitur nisi hamo.

A 176
**AMBLIGONIUS** dicitur ille triangulus qui hebetem angulum habet sic .

A 177
**AMONA**, calamus mensure[301].

A 178
**AMPHIVIA**[302], quoddam genus piscis, sic dictum quia terris et aquis vivunt illi pisces et ambulant, ab amphi quod est circum vel utrimque: ut foce, et crocodili, ypotami, idest equi fluviales.

A 179
Hec **AMPHISIBENA**[303] serpens est habens duo capita, scilicet ante et

[297] Ameastus *P* [298] *sic VaMo:* extraneus *cett.* [299] *carm. 1, 36, 14* [300] *cf. Pap. AM 153 cf. infra, A 300* aplestia [301] *sic* (amona c. m.) *VaMo: om. cett.* [302] *cf. Isid. 12, 6, 3* amphibia [303] *cf. Isid. 12, 4, 20* Amphisbaena

retro, ab amphi quod est circum, et cephas quod est caput et ibena: inde amphisibena, quia circumcirca habet caput, et ibi est similis ibene illi serpenti; vel dicitur ab amphi, quod est circum, et ibene, quod est ire, inde amphisibena, idest ambabus partibus iens.

A 180

**AMULA**[304], fiala in similitudinem urceoli.

A 181

**AMPHIMACRUS** pes dictus ab amphi, quod est circum, et macros quod est longum, quia hinc inde habet longam, in medio brevem sillabam; **amphibracus** est ei contrarius, hinc inde habens brevem sillabam, in medio longam, a bracos quod est breve.

A 182

**AMPHIBOLIA**[305], ambiguitas dictionis.

A 183

**AMPHIBOLOGIA**[306], ambiguitas sententie, ab amphi et logos, quod est sermo, et bole quod est sententia.

A 184

**AMNESTIA**, oblivio, abolitio malorum proprie ab amne dicta.

A 185

Hic **AMIGNUS**[307], -ni, idest scarpa.

A 186

**AMELLA**, edificia publica.

A 187

**AMATON**[308], genus ligni.

[304]ambula *P* [305]*sic Mo (corr. in marg.):* amphibologia *PRVaAm* amphil *spatium vacuum relinquens La* [306]*sic La:* amphibolia *PRVaMo* amphiboloia *Am* [307]*cf. Du Cange s.v.* [308]*cf. Cremascoli 1990 p. 81*

A 188

**AMAZONES**, ab a quod est sine et mazon quod est mamma, quasi sine mamma scilicet dextra quam inurebant, ne impediret eas in sagittando, et eam nudabant; vel hoc faciebant de sinistra ne clipeus impediretur; eedem dicte sunt unimamme: hee sine viris vivunt.

A 189

**AMELIOR**, dispositio.

A 190

**AMILIARIUS** lapis est vocatus qui, ubi positus est, miliarium ostendit viatoribus, ab a et miliarium, quia miliario aptatur.

A 191

**AMBO** -onis, idest pulpitum ubi ex ambabus partibus sunt gradus, ab amphi quasi ampho, et idem dicitur **amo** -onis. Item **ambo** -onis idest gradus[309], unde **ambulo** -las et cetera.

A 192

**AMBIDEXTER**, qui utraque manu utitur pro dextra.

A 193

**AMUND**[310], idest extraneus vel novenus, idest liber.

A 194

[1] **ANNUS** -ni, ab an quod est circum, quia volvitur quasi in circulo, vel ab Anna, dea anni. Inde **anniculus** -li diminutivum, sicut est annus lunaris, et **anniculus** -a -um, idest unius anni. Unde in Exodo[311] 'erit agnus sine macula, masculus anniculus'. [2] Item ab annus **annuus** -a -um, et **annuatim**, singulis annis, unde hic et hec **annualis** et hoc -le, idest annuus, unde Iosephus[312] in XVI libro 'cum augmentis annualibus exigebat', et inde **annualiter** adverbium, et hoc **annuale** -lis substantive, idem quod **anniversarium**, quod componitur ab annus et **verto** -tis, scilicet dies pro mortuis celebratus singulis annis.

[309]ab amphi... idest gradus *om. P* [310]amund *RAm:* amun *P* amurid *LaVa* amuno *Mo cf. Cremascoli 1966 p. 58* [311]*Vulg. exod. 12, 5* erit autem agnus absque macula masculus anniculus [312]*Cassiod. Ios. antiq. 17 p. 508, 20-21* cum a. annalibus exigebat

[3] Item ab annus hic et hec **annalis** et hoc -le, idest annuus, et hic **annalis** -lis, liber ubi facta anni scribebantur, et **annosus** -a -um, idest plenus annis, et comparatur -sior -simus, unde hec **annositas** -tis.

[4] Item ab annus **annuarius** -a -um: annuaria officia idest singulorum annorum; et **annotinus** -a -um idest unius anni, unde Iosephus[313] in VI libro Annalium 'arietem autem cum agno annotino in holocaustum offerebant', et hec **annona** quasi annova, eo quod singulis annis renovetur, et hec **annaria** -e, lex de anno facta; [5] et hec **anus** -nus -nui idest vetula, eo quod multos habeat annos, vel ab a quod est sine et nus quod est sensus, quasi sine sensu, unde **anicula** parva anus, et hec **anitas** -tis, idest vetustas, hic et hec **anilis** et hoc -le, unde **aniliter** adverbium et hec **anilitas** -tis, senectus, antiquitas. Item ab anus vel anicula **aniculosus** -a -um, idest anilis vel ridiculosus ad similitudinem verborum anuum. [6] Dicimus quoque hic **anus** -ni pro culo, similiter ab anno propter circulationem, unde in I libro Regum[314] 'posuerunt super plaustrum capsellam, et similitudinem anorum', et inde hic **anates** -tis, idest morbus qui solet ano evenire, sicut contingit Phylisteis; [7] et hic **anulus** -li propter rotunditatem, vel dicitur anulus ab anno per diminutionem, quasi annulus idest circulus, quia in se redeat ut annus; et sunt genera anulorum: ungulus, samotracius et tinius. Ungulus est gemmatus, et dicitur sic quia sicut ungula carni[315], ita gemma anuli auro accingitur; samotracius aureus quidem, sed capitulo ferreo, a loco ita dictus; tinius purus est, primum[316] in Bithinia factus, quam olim Thiniam vocabant. [8] Unde hic **anellus** -li, diminutivum, et **anulatus** -a -um, idest anulum habens, unde Plautus in Penulo (981) 'incedunt cum anulatis auribus'; et hic et hec **anularis** et hoc -re, quod pertinet ad anulum, et hic **anularis** -ris substantive, secundus digitus a minimo quia ibi frequenter ponitur anulus, et hic **anularius** -rii qui facit anulos, et hoc **anularium** -rii locus ubi fiunt anuli.

[9] Anus componitur cum tergens et fit **anutergium** -gii, unde anus tergitur. Et nota quod quidam dicunt quod anulus non venit ab anus propter predictam causam, sed ob aliam. Fuit enim olim consuetudo quod, si aliquis esset homicida vel adulter, deferret simiam in collo, os suum ad culum simie tenens; sed quia hoc nimis erat obprobriosum, ideo fecerunt torquem rotundum quem in dedecus deferebant in digitis, et tunc nobiles

[313] *Cassiod. Ios. antiq. 3, 221* arietem cum agno annotino ad holocaustum... offerebant
[314] *Vulg. I reg. 6, 11* posuerunt arcam Dei super plaustrum et capsellam quae habebat mures aureos et similitudinem anorum [315] carnis *P* [316] *om. P*

ceperunt illum facere aureum vel argenteum, quod magis videbatur honori esse quam dedecori. [10] Et ex eo tempore inolevit consuetudo ut nobiles deferrent anulos, et ideo dicunt quidam quod anulus dictus est ab ano simie. Alii dicunt quod[317] Prometheus fertur circumdedisse ferreum circulum digito lapide incluso; qua consuetudine homines usi, anulos habere ceperunt et postea gens cepit eos gestare in quarto digito a pollice, quia in eo vena est que usque ad cor pertingit[318], quam notandam et ornandam in aliquo insigni veteres putaverunt.

[11] Item per compositionem a bis et annus dicitur **bimus** -a -um, idest duorum annorum, quasi bis annuus, et inde **bimulus** -a -um diminutivum, et hic **bimatus** -tus -tui, idest duorum annorum spatium; [12] et **trimus** -a -um, idest trium annorum quasi ter annuus[319], et **trimatus** -tus -tui, idest trium annorum spatium, et **trimulus** -a -um diminutivum; [13] **quadrimus** -a -um, idest quatuor annorum, unde Oratius in Odis[320] 'deprome quadrimum Sabina merum diota', et inde **quadrimatus** -tus -tui, idest quatuor annorum spatium, et **quadrimulus** -a -um diminutivum.

[14] Componitur quoque annus et fit hic et hec **biennis** et hoc -ne, idest duorum annorum, unde hoc **biennium** -nii spatium duorum annorum, et hic et hec **triennis** et hoc -ne, unde hoc **triennium** -nii, et **quadriennis**, unde hoc **quadriennium** -nii, et **quinquennis**, unde hoc[321] **quinquennium** -nii; [15] et **sexennis** unde hoc **sexennium** -nii, et **septennis** unde hoc **septennium** -nii, et **octennis** unde hoc **octennium** -nii, et **novennis** unde hoc **novennium** -nii, et **decennis** unde hoc **decennium** -nii, et **undecennis** unde hoc **undecennium** -nii, et **duodecennis** unde hoc **duodecennium** -nii.

[16] Item annus componitur cum per et fit hic et hec **perennis** et hoc -ne, idest iugis et quasi perpetuus, unde **perenniter** idest iugiter, et hec **perennitas** -tis idest iugitas, perpetuitas. [17] Item annus componitur cum hoc et dicitur **horno**, adverbium temporis, idest hoc anno, unde **hornus** -a -um et **hornotinus** -a -um in eodem sensu, idest huius anni, quasi unius anni; designat tamen tempus quandoque indeterminate[322].

A 195

[1] **ANGO** -gis -xi anctum, verbum activum, idest constringere, unde

[317] *om. P* [318] pungit *P* [319] *sic* (ter annuus) *Va:* tertius annus *PRLa* [320] *carm. 1, 9, 7-8* deprome quadrimum Sabina, / o Thaliarche, merum diota [321] quinquennis unde hoc *om. P* [322] indeterminate: et determinate *P*

verbalia, sed non sunt in frequenti usu; et hic et hec et hoc **angens** -tis, unde **angenter**, idest constringenter, et hec **Angeronea** -nee, quedam dea ita dicta quia videtur angores pellere[323], et hoc **anxioma** -tis, idest catenatio loquendi sicut sunt sophismata. Martianus[324] 'excolitum prestrinxit anxioma'.

[2] Item ab ango **anxius** -a -um, quod comparatur -ior -simus et cetera, unde hec **anxietas** -tis, et **anxior** -aris deponens, unde verbalia **anxiator**, **anxiatrix**, **anxiatio** et **anxiatus**, unde **anxiatim**, idest **anxie**; et hec **anxungia** -e, idest unctus porci vel alterius rei, unde Macer[325] De viribus herbarum 'si porcina vetus anxungia iungitur illi'. Invenitur etiam hec **anxiunga** -ge in eodem sensu, et utrumque dicitur ab anxior -aris, quia reddit hominem anxium.

[3] Item ab ango **angiportus** -tus -tui, vel hoc **angiportum** -ti, stricta via, unde Terentius in Eunucho[326] 'in angiportum desertum me conieci'; et hic **angulus** -li, quia a parietibus undique angatur, vel quia duos parietes in unum coniungat et angat, unde hic et hec **angularis** et hoc -re, quod habet angulos vel est in angulo, et **angulosus** -a -um, et **angulatus** -a -um, quod est angulare; [4] et **anguis**, eo quod angulosus et numquam rectus incedat, et est proprie anguis aquarum, serpens terrarum, draco templorum; unde hec **anguilla** -le propter similitudinem quam habet cum angue; unde hic et hec **anguillaris** et hoc -re, ut 'anguillaris cibus', et hoc **anguillarium** -rii, locus ubi abundant anguille. Dicitur etiam **anguilla** scutica qua pueri verberantur.

[5] Item ab anguis **anguinus** -a -um possessivum, et componitur cum coma et fit **anguicomus** -a -um; et cum pes et dicitur hic et hec et hoc **anguipes** -dis, habens anguinos pedes, sicut fuerunt Gigantes, qui dicti sunt habuisse anguinos pedes, quia astuti erant ad modum serpentis vel quia serpebant in terrenis tantum in eis confidentes; [6] angulus quoque componitur cum bis et fit **biangulus** -a -um, duos angulos habens, unde **biangulatus** -a -um, et **triangulus** -a -um unde **triangulatus** -a -um, et **quadrangulus** -a -um unde **quadrangulatus** -a -um; et **pentangulus** -a -um a penta, quod est quinque, unde **pentangulatus** -a -um; et **sexangulus** -a -um; et nota quod triangulus, pentangulus et sexangulus et cetera possunt poni substantive, ut triangulus pro tali figura Δ, et sic de ceteris.

[323]repellere *R* [324]*4, 327 p. 106, 2* et scholicum (excolicum *codd.*) praestruit axioma [325]*Odo Magd. 251* si porcina v. axungia i. i. [326]*845* in angiportum quod-

[7] Item ab ango **angustus** -a -um, idest strictus, quod comparatur -stior -simus et cetera, unde hec **angustia** -e anxietas, dolor, in plurali tamen accipitur pro loco stricto, et **angustio** -as, vel per subtractionem, idest **angusto** -as, verbum activum, idest strictum facere; et per compositionem **coangustio** -as et **coangusto** -as, et ab his omnibus verbalia.

[8] Item ab ango hic **angor** -ris, idest anxietas, et hec **ansa** -e idest auris per quam vas substollitur, unde ansatum dicimus vas quod tales habet aures, et hic **anger**[327] -ris idest spatarius, eo quod **angenter**[328], idest stricte, spatam teneat; et hic **anger**[329] -ris, idest cruciator, et hic **anger**[330] -ris genus serpentis, quia angulose et tortuose incedat, et hec **angina** -e tumor faucium vel inflatio gutturis, unde Macer in libro De viribus herbarum[331] 'subvenit angine melli utroque iugate'.

[9] Item ab ango hec **anchora**[332] -e, vel ab an quod est circum et ciros quod est manus dicitur anchora, quasi circum manuta, unde per compositionem **exanchoro** -as verbum activum, idest ratem solvere. Item **anchora** est quedam nota que apponitur in libris, et est superior et inferior: anchora est superior nota sic facta , et ponitur ubi res magna omnino est; anchora inferior sic fit , et ponitur ubi aliquid vilissime vel inconvenienter denuntiatum est.

[10] Item ab ango hic et hec **anachoreta** -te, heremita, quasi cor angens ieiuniis et afflictionibus, et secundum hoc est nomen latinum; vel dicitur ab ana, quod est sursum, et chorus, quasi celestem chorum mente inhabitans, et secundum hoc est nothum; et inde hec **anachoresis** idest heremus, vel vita anachoretalis vel domus, et **anachoreticus** -a -um possessivum.

[11] Item ab ango hec **angaria** -e compulsio, iniusta coactio, unde **angario** -as, idest compellere vel iniuste cogere, unde in Passione Domini[333] 'et angariaverunt Simonem quendam, ut tolleret crucem Iesu'; unde verbalia; et hic **angarius** -rii bedellus, compulsor, iniustus exactor, unde Iosephus in XIII libro[334] 'ne post iumenta Iudeorum violentiis angariorum subiaceant'; ango componitur **coango** -gis, et cetera.

dam desertum [327]*cf. Pap. AM 99* amger *Cremascoli 1990 p. 86 et 1994 p. 204* [328]angentim *P* [329]*cf. Pap. AN 115* [330]*cf. Pap. AN 115* [331]*Odo Magd. 83* subvenit anginae melli nitroque iugata [332]angora *P* [333]*Vulg. Marc. 15, 21* et angariaverunt praetereuntem quempiam Simonem Cyreneum... ut tolleret crucem eius *(cf. etiam Vulg. Matth. 27, 32)* [334]*Cassiod. Ios. antiq. 13 p. 363, 37-38* Nec post hanc sanctionem Iudaeorum iumenta violentiis angariarum subiaceant

A 196

[1] **ANTE** adverbium est, et significat locum et tempus, **antea** solum tempus; et hic et hec **anterior** et hoc anterius, superlativum non habet; et **antiquus** -a -um, et est antiquus seculis, vetus annis; quod comparatur -quior -simus, unde **antiquius** et[335] **antiquitus** adverbia, et hec **antiquitas** -tis, idest longitudo evi; et hic **antiquarius** -rii, qui antiqua habet in memoria vel scribit; et differt a librario, quia librarius dicitur qui nova et vetera scribit; antiquarius qui solum vetera; et antiquarius dicitur senex antiquus; et **antiquo** -quas, idest antiquum aliquid facere vel delere. [2] Item ab ante hii **antes**, horum antium, lapides et macerie que claudunt vineas, eo quod ante stent, unde et antes dicuntur quandoque extremi ordines vinearum, quia ante stent[336], et videtur esse compositum ab ante et sto. Item ab ante et telon, quod est longum, fit **antela** -le, cingulum illud quod ante pectus equi tenditur, sicut postela dicitur illud quod posterius tenditur sub cauda, vel dicitur antela quasi ante sellam et postela quasi post sellam; et secundum hoc potest dici sic quodlibet ornamentum equi ante vel retro, vel mantica que ante portatur vel retro.

[3] Item ab ante hoc **anterium** -rii, idest prelium ante urbem factum, quod et aliter **anteurbanum** dicitur, et hec **anteritas** -tis idest antiquitas, et pluraliter hec **antipagimenta** -mentorum, valvarum ornamenta; [4] et ab ante et sto fit hic et hec **antistes** -stitis, idest sacerdos quasi[337] ante stans pro populo, unde hoc **antistitium** -tii idest sacerdotium vel dominium, et hec **antistita** -e idest sacerdotissa[338], unde Cicero[339] 'nobiles' inquit 'mulieres atque illius fani antistite rem ad magisterium deferunt'; [5] et componitur cum testor et fit **antestor** -aris, idest ante iudices stare pro teste vel primo testari, et cum lux et fit **antelucanus** -a -um, surgens ante diem, unde **anteluco** -as, idest surgere ante diem; [6] et cum signum et fit **antesignanus** -i, idest primipilus, vexillifer; et cum cena et fit hoc **antecenium** -nii, et hec **antecenia** -ne, idest merenda, scilicet cibus qui ante cenam sumitur: merenda quasi vulgare est, sic tamen dicta quasi post meridiem edenda; et componitur cum capio et fit **anticipo** -as, idest preoccupo. [7] Item ab ante **antea** adverbium temporis; et notandum quod **anti** dicitur pro contra, unde et thesis, quod est positio, dicitur hec **anti-**

[335]unde antiquius et *om. P* [336]unde et antes... stent *om. R* [337]*om. P*
[338]unde hoc... sacerdotissa *om. P* [339]*Verr. II, 4, 99* atque illius fani antistitae, maiores natu probatae ac nobiles mulieres, rem ad magistratus suos deferunt

theta -te, idest opposita locutio, unde Persius (1, 85-86) 'crimina rasis librat in antithetis', et ab eisdem hec **antithesis** -sis, contraria positio, sicut est in duobus primis versibus Boetii[340]; et hic **antichristus** idest contra Christum; [8] **antipos** -podis, idest populus subterraneus contra nos habens pedes; et hec **antiphona**, idest contra Psalmum sonans, vel quia pars illius canitur ab una parte chori, alia ab altera, et dicitur ab anti, quod est contra, et phonos quod est sonus; unde paraphonista dicitur procantor[341], quasi[342] parans phonos, idest sonos.

[9] Item ab ante hec **antica** -e hostium anterius, sicut posterius posticum, unde quidam[343] 'fallitur anticam qui me non dixerit esse, at nova sum vere: solve quid esse potest', et scripsit istos versus in hostio noviter facto; sed quandoque **antica** dicitur pars ecclesie, que dicitur trefuna[344], et venit ab anti pro contra.

[10] Item ab anti hoc **antidotum** -ti, vel venenum, quia datur contra vitam, vel illud quod datur contra venenum, unde hic **antidotarius** -rii, liber quidam contra vitia compositus.

A 197

[1] **ANIMA**, quidam dicunt derivari ab alo -is, eo quod alat nos; alii dicunt quod componitur ab a et neme, quod est sanguis, eo quod sit sine sanguine; alii ab a et nemein, quod est tribuere, eo quod anima vitam tribuat; alii dicunt esse primitivum. Nos vero dicimus quod anima[345] derivatur ab anemos greco, quod latine dicitur ventus, quia quidam putaverunt animam esse ventum, quia ore trahentes aerem vivere videamus; unde hec **animula** -le diminutivum, et hoc **animal** -lis, et hic et hec **animalis** et hoc -le, unde Apostolus[346] 'animalis homo non percipit ea que sunt spiritus Dei'; unde hec **animalitas** -tis, proprietas qua quid dicitur animale.

[2] Item ab anima **animo** -as -vi verbum activum, et componitur **exanimo** -as, idest debilitare, perterrefacere et **inanimo** -as, idest valde animare; et hinc verbalia.

[3] Item ab anima **animus**, idest quedam vis anime, et in substantia idem est anima et animus et sensus et mens et ratio et spiritus, sed[347] in

[340] *cons. 1 carm. 1, 1-2* Carmina qui quondam studio florente peregi, / flebilis, heu, maestos cogor inire modos [341] procantor *R*: procurator *PLaAm* procantator *Va* pro cantatore *Mo cf. Isid. 7, 12, 26* praecentor [342] quod est *P* [343] *non repperi* [344] trefuna *RLaVaMoAm*: tresima *ut vid. P* [345] *om. P* [346] *Vulg. I Cor. 2, 14* animalis autem homo non percipit ea quae sunt s. D. [347] et *P*

effectu non; nam anima dicitur quia vivificat et membra vegetat, animus dum sapit et vult, unde dicit Ysidorus[348] 'anima[349] est vite[350]; animus est consilii et vigoris, sensus est dum sentit[351], mens est dum intelligit et recolit; ratio est dum discernit, spiritus est dum spirat vel contemplatur'.

[4] Et ab animus **animosus** -a -um quandoque[352] audax, superbus, quandoque fortis, et comparatur -sior -simus et cetera; unde hec **animositas** -tis fortitudo vel audacia; [5] animus componitur cum equus et fit hic et hec **equanimis** et hoc -me, unde **equanimiter** et **equanimitas** -tis, idest animi equitas[353]; et cum unus et fit hic et hec **unanimis** et hoc -me, unde **unanimiter** et hec **unanimitas**, idest animi unitas; [6] et cum magnus et fit **magnanimus**, unde **magnanimiter** et hec **magnanimitas** magnitudo animi; et cum ex et fit **exanimis**, idest territus vel mortuus; sed **exanimatus** proprie dicitur perterrefactus; unde **exanimiter** et hec **exanimitas**; [7] et cum pusillus et fit **pusillanimis**, unde **pusillanimiter** et hec **pusillanimitas** -tis; [8] et cum longus et fit **longanimis**, unde **longanimiter** et hec **longanimitas** -tis; et cum semis et fit **semianimis**, idest semivivus. Et sciendum est[354] quod, licet supradicte partes proferantur secundum tertiam declinationem, inveniuntur tamen secunde ut **equanimus** -a -um, et sic de ceteris.

[9] Item anima vel animus cum verto componitur et fit **animadverto** -tis, quod[355] quandoque dicitur pro punire, quia antequam pena irrogetur secundum quantitatem et qualitatem peccati, vertitur quantitas et qualitas pene in animo, vel quia tunc ipse iudex vertit[356] animum suum ad reum puniendum, ut perpendat qua pena sit puniendus, unde **animadversio** pena, punitio, et est[357] genus omnium penarum.

A 198

[1] **ANCLO** -las -vi verbum activum, idest furari vel haurire, unde Livius[358] 'flores anclabant liberi ex carchesiis'; et est compositum ab an et[359] cleo cles pro absorbere, vel clepo -pis pro furari, unde verbalia **anclator**, **anclatrix**, **anclatio**, **anclabilis**, **anclabiliter** adverbium; [2] et hec

[348] *11, 1, 11-13* sed anima vitae est, animus consilii... Dum ergo vivificat corpus, anima est: dum vult, animus est: dum scit, mens est: dum recolit, memoria est: dum rectum iudicat, ratio est: dum spirat, spiritus est: dum aliquid sentit, sensus est
[349] anime *P* [350] vita *R* [351] senserit *P* [352] *om. P* [353] iustitas *P* [354] *om. P* [355] quia *R* [356] convertit *P* [357] *om. R* [358] *Liv. Andr. trag. 30* Florem anculabant (anclabant *v. l.*) Liberi ex carchesiis [359] *om. P*

anclia -e, idest rota hauritoria vel sentina, quod in tertio libro Aldhelmi[360] quem de virginitate scripsit, invenitur; et hec **anclabris** -is, idest mensa divinis officiis aptata, cuius etiam vasa **anclabria** dicuntur; [3] anclo componitur **exanclo** -as, similiter pro haurire, unde Martianus Capella[361] 'ab ipsius cecaumatis exanclata fomitibus', et inde verbalia **exanclabilis**, et cetera.

A 199

[1] **ANCILLA** -e componitur ab an-, quod est circum, et cilleo, quod est movere, quia circumcirca cilletur ad servitium, vel ab ana, quod est sursum, et cilleo, quod est moveo vel sustineo, eo quod ancilla sit quasi sustentamentum domine, vel ab ancon, quod est curvum (unde ancon dicitur apud Grecos cubitus quia curvatur, unde Ancus dictus est quidam rex romanus, quia brachia habuit curva); [2] et ab ancon dicitur ancilla, quia curvatur ad servitium[362] vel quia sit cubitus, idest sustentamentum, domine, unde hec **ancillula** -e diminutivum, et hic et hec **ancillaris** et hoc -re, et **ancillo** -as idest administro -as, verbum activum, vel servio -is, et tunc ancillo -as est neutrum; et in eodem sensu invenitur deponens **ancillor** -aris, unde verbalia. [3] Et **ancus** -a -um, idest curvus, quod proprie dicitur de eis qui habent adunca brachia, vel dicitur ab ancon greco quod latine est curvum, ut dictum est, unde et[363] quedam civitas dicta est **Ancon** -nis, quia concavitatem quandam habet[364] in portu, unde et **Anconites** apud Grecos, apud nos vero **Anconitanus**. Ancillo componitur **coancillo**, unde verbalia.

A 200

Hoc **ANATHEMA** -tis, idest damnatio vel excomunicatio et perditio, quasi anatheta ab ana, quod est sursum, et theta, quedam figura sic facta Ø, que olim imprimebatur[365] frontibus damnatorum. Item dicitur anathema, quasi anatheta, idest superna maledictio que solet fieri per prelatos, unde **anathemo** -as et **anathematizo** -as, idest maledicere et excommunicare, et sunt activa, unde verbalia.

[360] *scripsi coll. Osb. A xxv 7:* de Adelmi *VaMo om.cett. ; cf. Aldh. virg. 1, 9 p.237, 7-8* anthlia hoc est rota hauritoria [361] *1, 17 p. 9,* 6 ab ipsius Cecaumenes exanclata fomitibus [362] offitium *R* [363] *om. R* [364] habet ibi *P* [365] imprimebatur in *R*

A 201

**ANAGOGE**, excelsus intellectus ut de Deo, de angelis et huiusmodi, sic dictus ab ana quod est sursum, et ge quod est terra, unde **anagogeticus** -a -um, qui[366] tractat de celestibus.

A 202

**ANABATRUM** cortina, ab ana quod est sursum, et batin quod est gradus, quia sursum graditur et extenditur, vel dicuntur[367] **anabatra** gradus quia per eos sursum graditur vel ascenditur. Iuvenalis[368]: 'et conducto pendent anabatra tigillo'; in utraque significatione hic potest accipi.

A 203

**ANSTRUARE**[369], gratias referre.

A 204

**ANCESA** vasa circumpicta et celata ab an-, quod est circum, et cedo.

A 205

**ANTIGION**[370] idest valde.

A 206

**ANTIE**, capilli a fronte dependentes, quasi antie ab ante vel ana, quod est sursum, et ota, quod est auris, quia super aurem dependent a fronte, que superior est aure.

A 207

**ANDRON** interpretatur vir, unde **andron** dicitur locus domicilii ubi multi habitant, sicut gineceum -cei dicitur locus ubi mulieres conveniunt ad texendum, sicut est textrinum, vel ad prostituendum sicut est lupanar; ginet enim interpretatur mulier.

A 208

**ANASTASIS**, invictus vel resurrectio, ab ana quod est sursum et stasis quod est status vel stans, quasi[371] sursum statio et erectio.

[366]quod *P* [367]dicitur *P* [368]*7, 46* et quae conducto pendent anabathra t.
[369]*cf. Osb. a 476* antruare [370]*sic codd. sed* antigerio *Osb. a 533 et Gloss. V 589, 39*
[371]quasi est *P*

A 209

**ANANIA** gratia Dei interpretatur, idem et Sidrac[372] lingua chaldea, quod interpretatur decorus[373] meus.

A 210

**ANNA** gratia Dei interpretatur, quia cum prius esset sterilis, postea fecundata est Dei gratia.

A 211

**ANDREAS** interpretatur decorus sive respondens vel virilis, ab andros quod est vir, quia viriliter Christo adhesit.

A 212

**ANTROPOS**, idest homo, ab ana quod est sursum et tropos quod est conversio, quasi sursum conversus et erectus ut suum creatorem aspiciat, cum alia animalia prona spectent terram, a quo et fagin, quod est comedere, dicuntur **antropophagi**[374] gens asperrima, que humanis carnibus vescitur[375]; et sunt sub regione Syrie.

A 213

**ANDROMATITIS**[376], gemma miri[377] coloris et odoris, unde et nomen habet.

A 214

**ANTRACITIS**[378], lapis pretiosus, dictus sic quia ipse sit ignei coloris ut carbunculus, qui antrax dicitur, sed candida vena precinctus; cuius proprium est quod iactatus igni intermortuus[379] extinguitur, sed contra aquis perfusus exardescit.

A 215

**ANDRODA**[380] gemma argenti nitorem habet, et dicunt nomen ei impositum[381] quia animorum impetus vel iracundias domare et refrenare dicatur.

[372]idem et S.: Asdruch *P* [373]decor *R* [374]*sic Va:* antrophagi *PRLa* [375]vescuntur *P* [376]*cf. Isid. 16, 7, 14* Aromatitis [377]nigri *R cf. Isid. ibid.* myrrhae (murrei *v. l.*) [378]Antracitus *P* [379]inter mortuos *codd. necnon aliquot codd. Isid. 16, 14, 2* [380]*cf. Pap. AN 90* androdama [381]*sic LaVa:* eum positum *P* eius positum *R*

A 216
**ANCUSA** est herba cuius radix contrita digitos inficit.

A 217
**ANESON**, ut dicunt Greci, vel anesum ut dicunt Latini, est omnis herba acerrime fervens.

A 218
**ANETUM** herba est.

A 219
**ANCILE**, breve scutum et rotundum, sicut fuit illud quod cecidit de celo[382] Numa sacrificante, et dicitur ancile quasi ancisum et rotundum ab an- quod est circum, et cedo -dis, vel ab an- et cile, quod est labrum, quia circumcirca habet labrum et marginem.

A 220
**ANABOLADIUM** est lineum amictorium feminarum quo humeri operiuntur, quod sindonem dicunt; et sic dicitur quia ab inferioribus ad superiora elevatur et pectori coniungitur, ab ana quod est sursum.

A 221
**ANAFORA** est repetitio eiusdem dictionis per principia plurium versuum, ab ana quod est sursum et foros quod est ferre, quia quod sursum dictum est iterum fertur et dicitur.

A 222
**ANADIPLOSIS** est quando sequens versus incipit ab eadem dictione in quam precedens terminavit, ab an et diplosis quod est duplicatio, quasi superioris duplicatio.

A 223
**ANTONOMASIA** est quando id nomen quod est comune pluribus per excellentiam appropriatur alicui, ab anti quod est contra et noma quod est nomen et thesis quod est positio, quasi contraria et impropria[383] positio nominis pro nomine.

[382]de celo *om. P* [383]propria *P*

A 224

**ANTITHETA** est contraria positio, ab anti quod est contra et thesis quod est positio, scilicet ubi contraria contrariis opponuntur.

A 225

**ANTIFRASIS**[384] est sermo e contrario intelligendus, ab anti quod est contra et frasis quod est locutio, ut lucus quia luce caret, et differt ab ironia, quia ironia pronuntiatione sola indicat quod intelligi vult, ut cum dicitur homini male agenti 'quod bonum est facis', sed antiphrasis non voce pronuntiantis significat contrarium, sed verbis[385] tantum suis, quorum origo contraria est[386].

A 226

**ANAPESTUS** grece dicitur, repercussus[387] latine[388] - Greci enim anapestin repercussionem dicunt - qui[389] ideo sic dicitur quia in elevatione[390] repercutitur a dactilo; est enim[391] illi contrarius; **anapestis** vero dicitur ab ana quod est re- et pestis quod est percussio.

A 227

**ANTIPASTUS**[392] dicitur pes quia fit ex contrariis sillabis ex brevi et longa et ex longa et brevi; et dicitur sic ab anti quod est contra et pastos quod est spatium, quia contrariis spatiis constet[393].

A 228

**ANATHEMA MARANATHA**[394], idest perditio in adventu Domini: maranatha enim adventus dicitur[395].

A 229

**ANGISTRUM** dicitur hamus.

[384]*cf. Isid. 1, 37, 24* [385]verbum *P* [386]*om. P* [387]repercussorius *Am* [388]*sic VaAm: om. cett.* [389]quia *P* [390]in elevatione *om. P* [391]*om. P* [392]*sic codd. cf. Isid. 1, 17, 15* antispastus [393]et dicitur... constet *om. P* [394]*Vulg. I Cor. 16, 22* [395]dicitur. Dicitur autem anathema ab anathime, idest sursum ponere, quod est devotare, idest voto deorsum ab usu nostro separare, cum scilicet res vota et reddita sursum in templis portabatur: hanc additionem invenies in Hystoria Numerorum C 'Cum que audisset' *R*

A 230
**ANCHONES** dicuntur incastratores vel vicini[396].

A 231
**ANGRE**[397] intervalla arborum vel convalles.

A 232
**ANQUINA** funis navis est quo ad malum antenna religatur, unde Cinna[398] 'atque anquina regat stabilem fortissima cursum'.

A 233
**ANQUIROMAGUS**[399] genus navigii est, et dicitur sic[400] quia celeritate sui anchoris et reliquis instrumentis navium vehendis sit aptum.

A 234
**ANTRAX**, carbunculus vel calculus, idest lapis.

A 235
**ANTROPOMORPHITE**[401], heretici sic dicti quia in simplicitate rusticana deum humana credunt habere membra, ab antropos quod est homo et morphe quod est mutatio et theos quod est deus.

A 236
**ANTEMETABOLE** est conversio verborum, que ordine mutato contrarium efficit sensum: 'non ut edam vivo, sed ut vivam edo'.

A 237
**ANULARE**, genus est coloris et est candidum, quo[402] mulieres sicut picture luminantur, et fit ex creta admixtis vitreis gemmis.

A 238
**ANTHIOCHIA** dicitur ab Antiocho[403] patre Seleuci, qui eam edificavit, a quo et Seleucia alia civitas dicta est, vel dicitur sic ab anti et ochis

[396] *sic codd. sed cf. Pap. AN 71* ancones incastraturae uncini [397] *cf. Gloss. V 589, 33* [398] *carm. frg. 3 p. 88* [399] *cf. Isid. 19, 1, 16* [400] *om. P* [401] Antromorphyte *P* [402] *sic La:* quia *PVa* quia eo *R* [403] Antioci *P*

quod es velox, quia contra velox idest[404] oceanum est posita, unde **antiochenus** -a -um, patrium.

A 239
**ANAGLIPHA** -phorum, eminens pictura sicut est in frontespitiis ecclesiarum et in aliis altis locis, et **anaglipha** vasa superius sculpta, ab ana quod est sursum et gliphe quod est sculpere vel sculptura[405], unde **anagliphus** -a -um sculptus, et **anaglipharius** sculptor.

A 240
**ANASTRUPHA**[406] stomachi, idest sensum evertens[407] cum quod accipit quis vomit, ab ana et strophos quod est conversio, quia convertitur supra quod[408] immissum est.

A 241
**ANCUBA**, succuba, subintroducta, ab an quod est circum et cubo -as.

A 242
**ANCLENA**[409], instrumentum ferreum forte[410].

A 243
**ANDES**, pagus unde Virgilius fuit natus.

A 244
**ANDIGAVIR**[411] et **alingavir**[412], idest in sanitate et in[413] infirmitate.

A 245
**ANCINUM**[414], quasi aquidum dum uve lavantur[415] aqua.

A 246
**ANAX**, rex.

[404]patre... velox idest *om. P* [405]sculpta *P* [406]*cf. Pap. AN 51* anatrupa [407]*sic Va:* euntes *PRLa* [408]quam *P* [409]*cf. Gloss. V 589, 37 Pap. AN 80* andena instrumentum ferreum foci [410]forte *RMo:* forti *PLa om. Va* porte *Am* [411]*cf. Pap. AN 83* andigaver [412]*cf. Pap. ibid.* arrigaver [413]*om. R* [414]*cf. Isid. 20, 3, 9* acetum... unde et acidum, quasi aquidum [415]uve lavantur: levantur *R*

A 247
**ANTIFRE**, gemina[416] figura.

A 248
**ANADIOSUS**, tediosus.

A 249
**ANATOME**, apertio, incisio, ab ana et tomos, quod est sectio.

A 250
**ANXILIATES**[417] aves sunt.

A 251
**ANARSCIS**[418], mansio, grecum est.

A 252
**ANACEPHALEOSIS**, recapitulatio.

A 253
**ANTICIMENA**, scilicet contraposita[419].

A 254
**ANTHRAICA**, gemma coruscans velut stillantibus stellis.

A 255
**ANTANDROS** civitas est.

A 256
**ANAMAS**[420], tectum.

A 257
**ANOMIA** grece, latine iniquitas, idest sine lege, ab a et noma quod est lex.

A 258
**ANATOLIN**, oriens.

[416]antifre gemina *R:* a. genua *PLaMo* antifregemia *VaAm* [417]*cf. Gloss. V 440, 26* anxilites [418]*cf. Gloss. IV 206, 43* [419]composita *P* [420]anasnas *P cf. Diefenbach Gloss. s.v.*

A 259
**ANESIM** dicunt Greci requiem.

A 260
**ANTIGORIUM**[421], vel quemadmodum, vel in primis.

A 261
**ANODIA**[422], medicamina.

A 262
**ANTANACLASTUM**, idest refracticium, ab anti quod est re- et clastos quod est fractio, unde dicuntur pronomina reciproca antanaclasta, idest refracticia quadam similitudine ad corpora, quam in Prisciano[423] assignare solemus.

A 263
**ANTAPODESIS**[424] est quotiens media primis conveniunt et ultimis.

A 264
**ANTIGRAPHUS** cum puncto nota sic facta: ẏ, et apponitur in libris ubi in translationibus diversus sensus habetur.

A 265
**ANXIFERI**, mestifici.

A 266
**ANANCITIDE**[425], gemme, in ydromantia demonum ymagines evocare dicuntur.

A 267
**ANTISIMA**[426] ab anti, quod est contra, et sima, quod est curvum[427], figura sic facta )—(, quam quidam voluerunt scribere pro f; hec nota ponitur ad eos versus quorum ordo permutandus est; hec eadem nota cum

[421]*cf. Gloss. V 589, 36* antigerium *et Pap. AN 222* antigorio [422]*cf. Pap. AN 166* [423]*cf. gramm. II 584, 5* [424]*cf. Pap. AN 187* antapodosis [425]*sic Mo:* anacidide *PRLaAm.* anacitide *Va* [426]*cf. Isid. 1, 21, 11* antisimma [427]ovum *P*

puncto ponitur in his locis ubi in eodem sensu duplices versus sunt, et dubitatur quid potius eligendum[428] sit.

A 268
**ANAGRIP**[429], idest propter culpam, vel anagrip idest manu agrippare carnem.

A 269
**ANDECABEO**[430] et **auricabeo**[431], idest lex Longobardorum.

A 270
[1] Hec **APES** -pis sic dicta, quia nascatur[432] sine pedibus, vel apes ab alligando se pedibus, unde hec **apecula** -le diminutivum; dicitur etiam in nominativo hec **apis**, unde hec **apicula** diminutivum. Plautus[433]: 'hec vera apicularum opera congesta non feram'; [2] et hic **apiaster** -stri, apium magister vel dicitur ab ape, sicut catulaster a catulo, calvaster[434] a calvo, et hoc **apiarium** -rii, idest locus ubi apes mellificant, quod et **apiforium** et hoc **apisterium** dicitur; [3] et hec **apiastra**[435], avis que libenter comedit apes, et hec **apiana**, vitis que vinum dulce facit, cuius uve, nisi cito colligantur, devastantur ab apibus; hec **apiago** -ginis herba cuius flores apes libenter colligunt.

[4] Item ab ape **apiscor** -ris verbum deponens, idest acquirere, unde **aptus** -a -um qui libenter acquirit et habet modum in expendendo, et est nomen et non participium in nostro usu, et etiam verbum non est in usu; et comparatur -tior -simus et cetera, unde hec **aptitudo** idest convenientia, ex quo **aptitudinarius** -a -um quod significat proprietatis aptitudinem, ut risibilis; [5] et ab aptus **apto** -as verbum activum, et componitur **adapto** -as et **coapto** -as, et ab istis verbalia; [6] aptus componitur **ineptus**, idest indiscretus, qui acquirit sed non habet modum in expendendo, et comparatur -tior -simus et cetera, unde hec **ineptia** -e, ex quo **ineptiola** -le diminutivum, et **inepto** -as verbum activum, idest infatuare, ineptum facere vel ineptum fieri, et tunc est neutrum; invenitur etiam **inep-**

[428] eligendus *P* [429] *cf. Gloss. V 491, 27 et Pap. AN 18* (anaglip) *Cremascoli 1966 p. 59* [430] *cf. Gloss. V 589, 38* (anclabeo) *Cremascoli 1966 pp. 59-60* [431] *sic VaMoAm:* auricabeco *P* anticabeo *R* auricabero *La* [432] nascantur *P* [433] *Curc. 10* egon apicularum opera congestum non feram [434] calvester *R* [435] *sic Va:* apistra *PRLaMoAm cf. Pap. AP 33* (apiastrae)

tio -tis -tivi -tire in eodem sensu; [7] et componitur apiscor **adipiscor** -eris adeptus et **indipiscor** -eris indeptus, in eadem significatione cum suo simplici, idest acquirere, unde verbalia et **adepticius** -a -um et **indepticius** -a -um.

[8] Item invenitur hic **Apis** -pis pro rege Grecorum, qui in Egipto mortuus est et pro deo habitus et in arca repositus, unde **Serapis** dictus est: soros illorum lingua arca in qua mortuus ponitur, sed conversa o in e dicitur Serapis.

[9] Item hic **Apis** dicebatur taurus qui de Nilo solebat exire et, gesticulatione sui corporis, predicere[436] futura. Item **Apis** deus apium. [10] Et nota quod apes nascuntur de putribus[437] carnibus boum sicut crabrones et scarabei de carnibus equorum, fuci de carnibus mulorum, vespe de carnibus asinorum; [11] hic **apex** -cis, idest summitas: quod enim in summo est, a pedibus remotum est; et **apex** quandoque dicitur littera et proprie apices dicuntur littere ille que alte in frontispiciis murorum scribuntur - sed quelibet littera quandoque dicitur apex, unde in Evangelio[438] 'unus apex non preteribit a lege[439] donec omnia[440] fiant' - et in librorum principiis et in titulis legum; et **apex** ligamen; [12] et **apex** dicitur pilleus subtilis quo gentiles sacerdotes utebantur, et apex summitas galee, scilicet conus, in qua criste ponuntur, et inde hic **apiculus** -li diminutivum, quod et pro littera et pro ligamine quo filacteria dependent et pro filis accipitur; [13] et inde tunc **apicio** -is apicire[441], idest ligare, verbum activum, unde **apicitus** -a -um idest ligatus; [14] et ab apex **apium** -pii, idest herba qua solebant coronari apices, idest capita, hominum, et **apiciosus** -a -um idest calvus, capitis cuius summitas apparet.

A 271

[1] Hic **APER** dicitur ab aperiendo, eo quod feriendo aperiat, vel dicitur aper quasi afer a feritate, conversa f in p; [2] inde **hic aperculus** -li diminutivum, et hic **apercularius** -rii, idest effractor domus, et **aprinus** -a -um et **aprugnus**[442] -a -um, idest aprinus, unde Macrobius De Saturnalibus[443] 'in summa cena fuerunt sinciput aprugnum et patina piscium'.

[436]postea dicere *P* [437]putridis *R* [438]*Vulg. Matth. 5, 18* unus apex non praeteribit a lege donec omnia fiant [439]*sic* (a lege) *VaMo: om. cett.* [440]*om. R* [441]*sic Va:* apicere *PRLa* [442]*sic Va:* aprignus *PRLa* [443]*sic* (De S.) *Va: om. PRLa; Sat. 3, 13, 12* in cena sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium

Aper componitur **volutabrum** idest volutatio aprorum vel locus ubi volvuntur. [3] Et nota differentiam inter aprum et verrem et nefrendum et nefrendem: aper dicitur silvestris, verres dicitur domesticus porcus habens testiculos, nefrendus dicitur domesticus carens testiculis, et dicitur a ne et frendeo -des, eo quod non frendet dentibus ut aper et verres; [4] hec nefrendis -dis, idem est quod scrofa domestica, et hic et hec nefrendis infans, quasi non frendens dentibus, et hic et hec nefrendis porculus vel porcula adhuc lactens, quia dentibus non frendeat, et inde nefrendicius -a -um et nefrendinus -a -um[444]: nefrendicia caro et nefrendinum ferculum; [5] et inde hoc nefrendicium -cii, idest illud annuale tributum quod rustici suis dominis circa nativitatem solent afferre et etiam quod parvi pueri discipuli suis doctoribus apportant, ut tamen[445] sit carneum, scilicet porcellus et huiusmodi.

A 272

**APOLETERIUM**[446] vestibulum, vel locus ubi vestes abluende exuuntur et deponuntur vel sumuntur ab exuendo dictus; grece enim apoletis[447] exuere dicitur.

A 273

[1] **APOLOGIA** est excusatio vel responsio ab apo quod est re- et logos quod est sermo, quasi sermonis relatio, idest responsio. In Decretis Alexandri Pape[448] 'clerici qui alios accusant iustam accipiant apologiam', et est posita apologia in defensione vel negatione sola. [2] Nam in ea solent quidam accusantibus respondere; unde **apologeticus** -a -um, idest excusatorius vel responsorius[449].

A 274

**APOZIMA**, ius coctarum herbarum ab apo et zima, quod est ius. Macer[450] 'ius potius[451] seminum[452] vel apozima proderit huius'.

[444]nefrendinus -a -um *om. R* [445]unde *P* [446]*cf. Isid. 15, 2, 41* Apodyterium (Apoleterium *v. l.*) [447]*sic Va:* apoletius *PRLa cf. Isid. ibid.* ἀποδύειν [448]*Alex. I epist. 1, 1 p. 1060A-B* De his enim, clericis et laicis, qui episcopos vel reliquos sacerdotes... accusant... iustam recipiant apologiam [449]responsitivus *P* [450]*Odo Magd. 352* Sed semen potius vel apozima proderit eius [451]potuum *R* [452]*om. P*

A 275

**APOPLEXIA** est subita sanguinis effusio, qua suffocati intereunt, sic dicta quia ex letali percussu repentinus casus fiat; Greci enim percussionem apoplexin dicunt.

A 276

**APUD** prepositio per d scribitur, quia veteres pro 'apud' 'ad' sunt sepe usi, duabus mediis litteris subtractis.

A 277

**APOSTEMA**[453], dura[454] humorum collectio in corpore, sic dictum a collectione humorum; nam Greci apostemas collectiones vocant.

A 278

**APAGESIS** 'sta in pace' vel 'habeas pacem', adverbium comicum. Terentius[455] 'obsecro mi homo apagesis'.

A 279

**APAGE**: recede, vade; apagete: recedite, vadite vel state in pace; et videntur[456] esse melius adverbia quam verba, nisi quia videntur habere discretionem[457] numerorum, quia apagesis et apage referuntur ad unum, apagete ad plures, sed forte hoc contingit non ex vi adverbii, sed ex vi verborum quam habent in se.

A 280

**APOSFRAGISMA**, signaculum anuli quod cere infigitur.

A 281

**APOSIOPESIS** est defectus orationis.

A 282

**APODISCUS**, uncinus[457bis].

[453]*cf. Pap. AP* 95 [454]*om. R* [455]*Eun.* 756 obsecro es, mi homo? *CH.* apage sis [456]invenitur *P* [457]dispositionem *P* [457bis] *cf. Diefenbach Gloss. s.v.* apodiscos

A 283
**APODISOCIA**[458], comes.

A 284
**APODIXEN**, ostensio, fantasia, probatio, experimentum, virtus, potestas.

A 285
**APOCRISIS**[459], depulsio.

A 286
**APORIA**[460], vulnus.

A 287
**APENNINUS** dictus est quasi alpes acute, pennum enim acutum antiqui vocabant, vel Apenninus quasi alpes peni, idest Anibalis, per quas Anibal, dux cartaginiensis, viam fecit dum Romam peteret.

A 288
**APATIA** grece, latine impassibilitas, ab a et pate quod est passio.

A 289
**APODELON**[461] grece, latine[462] ferula.

A 290
**APOFASIS**, idest affirmatio vel[463] negatio.

A 291
**APOCATASTASIS**, omnium rerum volubilitas.

A 292
**APOCALIPSIS** interpretatur revelatio, quia ibi manifestata sunt[464] que erant abscondita, et est grecum et est compositum ab apo quod est re et calepsis quod est velamentum, unde **apocalipsor** -aris, idest revelare.

[458]*cf. Pap. AP* 62 apodix *cf. Cremascoli 1994 pp. 212-13* [459]*cf. Pap. AP 56* [460]*sic La post correctionem:* aporoga *PRVaMoAm* aporgia *La ante corr.* [461]*cf. Pap. AP 61* [462]*sic LaMoAm: om. PRVa* [463]et *P* [464]*sic* (manifestata sunt) *La:* mani-

A 293
**APELLITE** dicti sunt quidam heretici, quorum auctor Apelles fuit.

A 294
**APOLLINARISTE** dicti sunt quidam heretici ab Apollinare.

A 295
**APORUS**, idest divinus.

A 296
**APIFORET**, adesset.

A 297
**APOPLISTA**, qui privatis omnibus arma habet enea, vel cedes faciens.

A 298
**APIFFERA**[465], funes qui cornibus antenne dextra sinistraque tenduntur retroversa, ab a et pes -dis et fero, quia longe a pede mali vel veli ferunt cornua veli.

A 299
**APOGEUM** est constructum edificium sub terra[466], quod nos antrum vel speluncam dicimus, ab apo quod est de et ge quod est terra, et inde dicitur ypogeum ab ypos quod est sub et ge.

A 300
**APLESTIA**[467], saturitas, crapula, superflua edacitas.

A 301
**APITERNUS**[468], qui rebus caret mundanis.

A 302
**APOPEMPEUS**[469], missarius.

festa sunt *PR* manifestantur *Va* [465]apifera *R* *cf. Isid. 19, 4, 6* opisphora [466]*sic* (sub t.) *LaVa: om. PR* [467]*cf. supra, A 174* amplestia *cf. Pap. AP 49* aplistia (aplestia *v. l.*) [468]*cf. Gloss. IV 207, 17 et V 440, 32* [469]*cf. Gloss. V 520, 10 et V 561, 23* apoponpeus

A 303
**APOLESMA**[470], definitio et consumatio disputationis.

A 304
**APRASIA**, gens Iudeorum.

A 305
[1] Hec **APOCA** -ce, scriptum quod creditor dat debitori solventi, in quo creditor profitetur se accepisse denarios debitos sibi, et inde[471] dicitur[472] etiam professio et securitas, quia debitorem reddat securum, et dicitur ab apo quod est re-, et capio, quasi recipio, quia recipitur soluto debito; [2] et componitur cum anti, quod est contra et dicitur hec **antapoca**[473] -ce, scriptum quod debitor solvens[474] dat creditori, in quo debitor notat se solvisse tantum pro[475] tali causa, et dicitur sic quia contra apocam datur, unde quidam[476] 'apoca solventi datur, anta-[477] suscipienti'.

A 306
[1] **AQUA**, secundum Ysidorum[478], ab equalitate superficiei dicitur, unde hec **aquula** -le diminutivum et **aquosus** -a -um aqua plenus, et proprie dicitur locus aquosus, potio vero **aquatum**; et comparatur -sior -simus et cetera, unde hec **aquositas** -tis, idest inundatio aquarum.

[2] Item ab aqua **aquaticus** -a -um, et hic et hec **aquatilis** et hoc -le pro eodem, et hic et hec **aqualis** -lis, idest vas aquatile grossum et latum, unde Plautus[479] 'date isti sellam ut sedeat et aqualim cum aqua'; quod quandoque accipitur pro grosso ventre; [3] et tunc invenitur hic **aqualiculus** -li, idest ventriculus, unde Persius[480] 'pinguis aqualiculus propenso sesquipede extat'.

[4] Item ab aqua hic **aquarius** -rii, et pro quodam signo, eo quod tunc cum sol est in eo, est abundantia aquarum, et **aquarius** dicitur serviens qui portat aquam, unde **aquaria** ancilla que aquam defert, [5] et hic **aquariolus**[481] -li serviens meretricis, qui cum broco defert aquam ad eam mun-

[470]*sic La:* apolesina *PRVa* [471]et inde *om. R* [472]*om. P* [473]*sic La:* antipoca *PRVa* [474]*om. P* [475]ex *P* [476]*non repperi* [477]antipoca *R* [478]*13, 12, 1* Aqua dicta quod superficies eius aequalis sit; *20, 3, 1* Aqua generaliter vocata, quod superficies eius aequalis sit [479]*Curc. 311-12* datin isti sellam, ubi adsidat, cito / et aqualem cum aqua? [480]*1, 57* pinguis a. p. s. extet [481]aquavolus *P*

dandam et venustandam, et hoc **aqualium** -lii summa pars capitis, ideo sic dicta, quia prius suscipit aquam defluentem quam totum corpus.

[6] Item ab aqua[482] **Aquitania**, et dicitur sic quia[483] ab obliquis aquis Ligeris pene in orbem circuitur, vel dicitur **Equitania** ab equitate aque illius fluvii, quia fere undique eam cingit, vel per contrarium quia[484] eam oblique cingit.

[7] Item ab aqua hic **aquilo** -lonis, quasi aquas[485] ligans, quia ventus est serenus[486] et aquas[487] stringit, et **aquilus -a -um** dicebant antiqui pro niger -a -um, idest niger vel fuscus, [8] et hii **Aquarii** -riorum heretici, quia solam aquam in calice solent Deo ferre[488], et per compositionem **aquagium** -gii, idest aqueductus, quod et hoc **aquaductile** -lis dicitur, scilicet via per quam aqua agitatur et ducitur de proprio loco; [9] et hoc **aquilicium** -cii pro eodem vel guttatorium, quia per illud tota die[489] aqua elicitur, idest foras emittitur. [10] Aqua componitur cum vomo -is et fit **aquavomus** -mi, qui aquam vomit, et cum bibo et fit **aquabibus** -bi, qui sepe bibit aquam, et possunt declinari adiective. [11] Item ab aqua **aquor** -aris deponens, et componitur **adaquor** -aris pro eodem, scilicet ad aquam ducere vel potare animalia. Invenitur tamen activum **adaquo** -as ut in Theodolo[490] 'adaquare gregem simul et relevare calorem[491]'.

A 307

[1] **ARGUO** -is -gui -gutum, verbum activum, idest convincere, accusare vel constringere, unde verbalia, et **argutus**, quod in tribus significationibus invenitur, secundum quod est nomen: argutum idest breve, et argutum idest sonorum, et argutum idest **callidum**, ut 'arguta puncta' idest callida, et comparatur -tior -simus; [2] unde hec **argutia** -e idest calliditas, versutia, disertitudo, et **argutim** adverbium, idest **argute**, diserte; et ab argutum **arguto** -as verbum activum idest impugnare, reprehendere vel diserte se defendere, et est frequentativum, unde verbalia.

[3] Item ab arguo hoc **argumentum**, quod tribus modis dicitur; dicitur enim argumentum res ficta que tamen fieri potuit, ut comedie Terentii: dicitur etiam argumentum parvum opus premissum, in quo tota materia subsequentis operis prelibatur, et tunc dicitur argumentum quasi argutum

[482]*om. P* [483]sic quia *om. P* [484]*om. P* [485]*om. P* [486]semus *P* [487]aquam *R* [488]Deo ferre: offerre *R* [489]t. die *om. R* [490]*Theodul. ecl.* 25 [491]*sic* (adaquare... calorem) *La: om. P* et corripitur a *R* adaquare gregem et cetera *Va*

**idest callidum inventum.** [4] Dicitur etiam argumentum rei dubie probamentum, unde **argumentosus** -a -um plenus argumentis, et quandoque expeditus, et comparatur -sior -simus et cetera, unde **argumentor** -aris unde verbalia, **argumentatio** et cetera; et dicitur argumentatio argute mentis oratio; [5] arguo componitur **coarguo** -is, **redarguo** -guis, et hinc verbalia.

A 308

[1] **ARCEO** -ces -cui, verbum activum, supinum deberet[492] esse arcitum -tu, sed per sincopam dicitur artum -tu; u in o fit **arto** -as, idest frequenter arcere vel compellere[493], unde **artabilis** -le et hic **artavus**, idest cultellus scriptorum, et componitur **coarto** -tas, unde verbalia.

[2] Et ab arceo **arcesso** -sis desiderativum, et **artus** -a -um idest strictus, quod comparatur -tior -simus, unde **arte** -tius -sime adverbium et artim idest strictim.

[3] Item ab arceo hec **arca** -ce, quia arceat et prohibeat visum, unde hic **arcarius** -rii, qui facit arcas vel qui custodit, et hec **arcula** -le diminutivum, unde **arcularius** -rii, qui facit arcas vel custodit. [4] Item adiective potest dici **arcarius** -a -um, quod pertinet ad arcas vel ad arcarium; [5] et ab arca **arcanus** -a -um, idest secretus -a -um, a quo ceteri arcentur[494], et hoc **arcivum** -vi, idest librarium, armarium, unde Iosephus in nono Annalium libro[495] 'hec in arcivis tiriis de Salmanasar conscripta sunt'.

[6] Item ab arceo hic **artus** -tus -tui, idest membrum, quia nervis artatur, unde **artuosus** -a -um membratus, et hic **articulus** -li diminutivum, parvus artus ut digitus, unde **articulo** -as, idest copulo -as. [7] Item **articulus** dicitur quedam pars orationis apud Grecos, solam relationem significans, unde hic et hec **articularis** et hoc -re, quod[496] habet officium articuli, ut 'hic' et 'hec' et 'hoc'. Articulus dicitur etiam finis.

[8] Item ab artus **artuatim**, idest membratim, et hec **artesis** -sis, idest artuum morbus, unde Prudentius in libro Ymnorum[497] 'nodosa quos podagra distorquet et artesis', unde **arteticus**[498] ille qui habet infirmita-

[492]*sic Va:* debet *PRLa* [493]copulare *P* [494]*sic* (a quo ceteri arcentur) *La: om. P spatio vacuo relicto* secreta arcentur *R* a quo ceteri *Va* [495]*Cassiod. Ios. antiq. 9 p. 280, 4* Haec in archivis Tyri de Salmanasar Assyriorum rege scripta sunt [496]*sic LaVa:* qui *PR* [497]*perist. 10, 495* nodosa torquet quos podagra et artrisis (arthesis *v. l.*) [498]*scripsi:* arteticus -a -um *PMo* articus -a -um *cett.*

tem in artubus ex consuetudine vel, ut medici volunt, qui quandam nodositatem in membrorum patitur iuncturis, et in eodem sensu dicitur **arteticus** -a -um.

[9] Ab artus **artuo** -as, quod non est in usu, sed componitur **exartuo** -as, idest dividere, et **deartuo** -as similiter pro dividere, et proprie est dividere et separare artus a se invicem ut de gallinis[499] fit ed de similibus, et hinc verbalia, unde Plautus in Captivis[500] 'ego erumpnatus et deartuatus sum miser'. [10] Invenitur hec **Artus** -ti, vel **Artos** grece pro Ursa scilicet pro illo signo celesti, et interpretatur artus, ursa latine, unde **articus** dicitur tam polus iuxta Artum quam circulus includens illam, qui et septentrionalis dicitur; similiter **antarticus** dicitur tam polus oppositus quam circulus oppositus. [11] Et componitur artos cum philaxe, quod est servare, vel filos, quod est amor, et fit **Artofilax**, quasi servans vel amans Ursam, quod eam semper sequitur, et est minor Ursa; et eadem dicitur **Arturus**, quasi arton urens, idest ursam amans, vel est aliud signum Arturus ut dicunt, vel Bootes.

[12] Item ab arceo hec **arx** -cis pro roca, quia arceat hostem, unde hec **arcicula** -le diminutivum, et per compositionem hic **arcubius** -bii ille qui cubat in arce; [13] et ab arceo hic **arcus** -cus -cui quia arceat hostem, unde hic **arculus** -li diminutivum, et hic **arquites** -tis sagittarius cum arcu equitans sicut Turci, Parthi; et **arcuo** -as verbum activum, idest curvare, unde verbalia, et **arcuatim** adverbium idest curvatim, cameratim. [14] Componitur arcus hic et hec et hoc **arcipotens**, et **arcitenens**, et **arquitenens** secundum antiquos, qui dicebant arquus pro arcus.

[15] Item arcus dicitur fornix, quia sit arta curvatione curvatus, et ab arceo hec **ars** -tis, quia regulis nos arceat, et est ars nostra liberalis, artificium quod est factum manibus; [16] vel dicitur ars ab ares, quod est virtus; unde hec **articula** -le diminutivum, et hic et hec **articularis** et hoc -re quod pertinet ad artes, et **artitus**[501] -a -um idest bonis artibus instructus, unde **artite**[502] adverbium, idest ingeniose; et hoc **artemum** parvum velum quo in dulcibus potius utimur aquis. [17] Invenitur etiam et hic **arthemo** pro eodem, unde in Actibus Apostolorum[503] 'et levato arthemone secundum aure flatus tendebant ad litus'.

[499]calinis *R* [500]*641* ego deruncinatus (erumnatus *v. l.*), deartuatus sum miser [501]*cf. Osb. A ii 47 et a 28* [502]*cf. Osb. A ii 48 et a 29* [503]*Vulg. act. 27, 40* et levato artemone secundum flatum aurae (aurae flatum *v. l.*) t. a. l.

[18] Componitur ars cum in et fit hic et hec et hoc **iners** -tis, qui ad nichil faciendum vel patiendum aptus est, et comparatur -tior -simus, unde hec **inertia** -e, et **inerticus** -a -um idest ignavus, remissus, et hec **inerticula** -e, vitis nigra quam Greci amaraton[504] vocant, boni vini et levis, unde et sic dicitur quia iners interpellandis nervis habeatur; [19] et cum faciens et dicitur hic et hec **artifex** -cis, et inde **artificium**, unde **artificiosus** -a -um, et hic et hec **artificialis** et hoc -le, et hec **artificina** -e, idest locus ubi artes exercentur; [20] et componitur cum solon, quod est multum vel quod est totum, et fit hic et hec **solers** -tis, idest sapiens et comparatur -tior -simus et cetera, unde hec **solertia**, et dicitur solers quasi multus vel totus in arte; [21] componitur quoque ars cum creos, quod est caro, et fit hec **artocrea** -e, idest quilibet cibus artificiose compositus; vel artos panis et creos caro, inde artocrea -e cibus ex pane vel pasta et carne, unde Persius[505] 've nisi conives artocreasque popello'; [22] et cum copos, quod est panis, et fit hic **artocopus** -pi, pistor, quasi artifex panis, unde Iuvenalis[506] 'salva sit artocopi reverentia'; vel artos, ut dictum est, panis, copos labor, inde artocopus panis elaboratus ad opus Domini. [23] Item componitur cum aptus et dicitur hec **artopta** -te, idest vas artificialiter operatum, unde Plautus in Aularia[507] 'Ego artoptam hinc ex proximo utendam peto[508]'.

[24] Item ab arceo hic et hec et hoc **artox** -cis, idest factiosus[509], versipellis. [25] Item artus pro strictus componitur cum aere et fit hec **arteria** -e, quasi arta aeris via, scilicet vena[510] per quam exit et intrat aer vel spiritus, unde **arteriacus** -a -um, cuius[511] fauces reumatizant, unde hoc **arteriacum** -ci, medicina que prodest meatui gutturis. [26] Arceo componitur **exerceo** -es, unde verbalia et **exercitus** -us -ui, idest **exercitio** et collectio hominum in expeditione, unde hoc **exercitium** -tii; et ab ultimo supino **exercito** -as frequentativum, unde **exercitatus** -a -um. Et nota quod exercitus proprie dicitur defatigatus, exercitatus artibus assuetus[512] et instructus. [27] Item componitur cum con **coerceo** -es, idest constringere, unde verbalia, et **coercibilis** -e, **coercibiliter**, et hic **carcer** -ris eo quod reos coerceat, in singulari proprie ubi rei clauduntur, sed in plurali

[504]*cf. Isid. 17, 5, 24* amaracion [505]*6, 50* vae, nisi conives. oleum artocreasque popello [506]*5, 72* salva sit artoptae (artocopi *v. l.*) r. [507]*400* ego hinc artoptam ex proxumo u. p. [508]*sic LaVa:* puto *PR* [509]fauciosus *P* [510]sc. vena *om. R* [511]quorum *P* [512]*sic Va:* insuetus *PR om. La*

unde quadrige emittuntur vel repagula anteposita. [28] Et dicitur carcer quasi capiens reos et est ethimologia, unde hic **carcerarius** -rii qui carcerem facit vel qui custodit, et hic et hec **carceralis** et hoc -le, et **incarcero** -as per compositionem. Arceo simplex et compositum est activum.

A 309

[1] **ARO** -as verbum neutrum, et secundum Ysidorum derivatur ab ere, eo quod prius erea aratra vel eratra faciebant, unde hic **arator** -ris, a quo hic **aratorculus**, parvus arator; [2] et hic et hec **arabilis** et hoc -le, quod componitur **inarabilis** -le; et hec **aratura** -re, et **aratorius** -a -um locus qui potest arari, et hec **aratuncula** -le fossa parva ad instar sulci aratri, [3] et hoc **aratrum** -tri, unde hoc **aratellum** -li diminutivum, sicut a terebro terebellum diminutivum.

[4] Item ab aro hec **ara** -re, quia, ut aratori bene proveniret, solebat ara institui[513]. Alii volunt quod derivetur ab ardeo, eo quod victime ibi ardeant, unde hec **arula** diminutivum, et hic **ariolus** -li divinator, qui circa aram ydolorum nefarias preces faciebat et funesta sacrificia, unde **ariolor** -aris verbum deponens, idest divinare, unde verbalia; [5] et hec **arra** dicitur ab ara, quod datur cum aliquid venditur vel emitur pro certitudine et non ut reddatur tamquam pignus, sed ut sit de corpore pretii; et ideo ab ara dicitur quia res que inarratur a Deo *rata* debet esse, quasi testibus aris[514] fieret[515]; [6] et inde per compositionem hic **arrabo** -bonis, idest vadimonium, unde Terentius in tertia comedia[516] 'ea relicta arraboni est'; et proprie arrabo dicitur bona arra, sicut que datur pro bona re, ut pro coniugio; que vero datur pro mala re, ut pro fornicatione, non est arrabo. Vel arra dicitur a re pro qua datur[517]. [7] Arra componitur **inarro** -as, idest arram pro aliquo dare, et **subarro** -as quasi latenter arram dare, ut 'anulo suo subarravit me[518]'; [8] ara componitur cum specio et fit hic et hec **aruspex** -cis, idest divinator, quasi ararum[519] inspector. Iuvenalis (6, 397) 'varicosus fiet aruspex', unde **aruspicor** -aris, idest divinare, deponens, unde verbalia; [9] et hoc **aruspicium** -cii idest divinatio, et hec **aruspicina** -ne idest domus aruspicum vel locus ubi divinatur. Sciendum

[513]*sic* (solebat ara institui) *Va:* solet a. i. *PRMoAm* instituta fuit ara *La* [514]*sic LaVa: om. PR* [515]*sic Va:* fieret facta *PLa* foret facta *R* [516]*Haut.* 603 ea relicta huic arraboni est [517]qua datur: quadam arra *P* [518]anulo... me: *cf. Brev. Rom. I, fest. S. Agn., ant. 3 ad laud.* [519]aratrum *P*

tamen quia ara dicitur pro altari et pro stabulo porcorum, sed ara pro altari primam producit et non aspiratur; [10] **hara** pro stabulo porcorum[520] primam corripit et aspiratur, unde illud[521] 'Est hara porcorum brevis et non ara deorum'.

[11] Item ab ara secundum Ysidorum (12, 1, 11) hic **aries** -tis, quia primo in ara immolatus fuit, unde exemplum Virgilii[522] adducit in exemplum 'aries mactatur ad aras'; vel dicitur ab areos idest a mare[523], unde et in grege masculi mares vocantur; [12] vel dicitur ab ares quod est virtus, quia maioris virtutis sit in grege; unde hic **arietulus** -li diminutivum et **arietinus** -a -um. [13] Et nota quod aries dicitur pro vervece et pro illo instrumento quo muri quatiuntur[524], quia impingit murum in modum arietum pugnantium, vel quia sit in summo cum cornibus ad similitudinem arietis; unde et arietare dicimus cum illo instrumento percutere, et arietare pertinet ad verveces quando sunt in tempore coeundi.

[14] Item ab ara hec **Arabia** -e, que sacra interpretatur quia regio illa thure abundat: hinc Greci eam eudomon[525] nostri beatam nominaverunt; eadem est et Saba a filio Chus[526], qui dictus est Saba; [15] unde hic et hec **Arabs** -bis, et **arabicus** -a -um, unde **Arabici** dicti sunt quidam heretici in[527] Arabia exorti, dicentes animam cum corpore mori et in novissimo utrumque[528] resurgere.

[16] Item ab aro hoc **arvum** -vi, unde hoc **arviolum** -li diminutivum, et hic et hec **arvalis** et hoc -le, et hec **arvina** -e idest pinguedo, [17] unde **arvinula** -e diminutivum, et **arvinosus** -a -um grassus[529], et comparatur -sior -simus et cetera, et **arvinatus** -a -um impinguatus; [18] arvum componitur cum ambio et fit[530] hec **ambarvalis** -lis, idest hostia cum qua arva ambiebant, que etiam dicitur **amburvale** et hoc **arvambale**; sed hec **amburbalis** vel **amburbale** vel **amburbium** est hostia cum qua[531] civitatem ambiebant, ab ambio et urbs[532].

[19] Aro componitur cum ex et fit **exaro** -ras, idest describere vel valde

[520]*om. P* [521]*Tebald. Plac., cf. M. Donnini, 'Giornale italiano di filologia', 44 (1992), pp. 299-303; Osb. A xiv 33* [522]*Sedul. carm. pasch. 1, 115* aries mactatur ad aram [523]*cf. Isid. 12, 1, 11* Marte (maiore *K*) [524]muri quatiuntur: mari qua curatur *P* [525]*cf. Isid. 14, 3, 15* εὐδαίμων (eudemon *v. l.*) [526]*sic La:* eius *PR om. Va* [527]*sic La:* cum *PR* ex *Va* [528]*sic LaVa:* cum corpore *PR* [529]*sic Mo: om. PRAm* impinguatus *La* grossus *Va* [530]c. ambio et f. *om. P* [531]arva ambiebant... cum qua *om. P* [532]urbs vel arvo (vel arvo *supra lineam*) *P*

arare, et cum per et fit **peraro** -ras, et cum ob et fit **obaro** -ras, et hinc verbalia; aro cum suis compositis neutrum est, excepto exaro pro describere, et corripit a[533].

A 310

[1] **AREO** -res -rui verbum neutrum et caret supino, esse vel fieri siccum, unde **aridus** -a -um[534], quod comparatur -dior -simus et cetera, unde **ariditas** -tis, et componitur **peraridus** -a -um, idest valde aridus. [2] Item ab areo **aresco** -scis inchoativum, quod componitur **inaresco** et **exaresco**; et ab aresco hec **area** -e, locus ubi teritur[535] frumentum, quia non triturantur ibi nisi arida, vel dicitur area quasi erea, quia *eradatur*[536] pro triturandis frugibus, et ponitur pro domus latitudine et pro mari, quia latum et spatiosum, et pro tabularum equalitate; [3] et inde hec **areola** -e diminutivum, et per compositionem **arapagare** idest effodere vel scalpere ab area, et ponitur simpliciter pro effodere, et componitur ab area[537] et pagus quod est villa, unde **arapagatus** -a -um idest ab area effossus, unde Plautus in Aularia[538] 'aurum michi intus arapagatum est'; [4] et ab areo hec **arena** -e, unde hec **arenula** -e diminutivum, et **arenosus** -a -um, et **arenarius** -a -um quasi possessivum, et hoc **arenarium** locus arenis plenus. [5] Et secundum Macrobium De Saturnalibus[539] hoc **lardum** -di dicitur ab areo -res, eo quod sit large aridum, et inde hoc **lardarium** -rii, locus ubi tenetur lardum.

[6] Et ab areo hec **arista**, idest spica vel spicula; spice et piscium; unde hec **aristella** diminutivum, et **aristatus** -a -um, sicut dicimus 'aristatos pisces' qui plures habent aristas, et **aristor** -aris colligere aristas.

[7] Item ab areo hec **arena** -e non ab adherendo in fabricis, ut dicunt quidam; unde arenula -le diminutivum, et arenosus -a -um plenus arena, et arenarius -a -um idem, vel quod fit de arena. Vel arena ab aro -ras per contrarium.

[8] Et ab areo hic **araneus** -i, vermis, unde **araneolus** -li diminutivum, et hec **aranea**, et hec **araneola** diminutivum, sed melius est ut ista deriventur ab Aragne, que fuit mutata in araneam.

[9] Item ab areo et foros, quod est ferre, dicitur hoc **aristoforum**, idest

[533]et corripit a *om. P* [534]aridus -a um *om. P* [535]trituratur *R* [536]eradantur *R* [537]et ponitur... area *om. P* [538]*201* aurum mi intus harpagatum est [539]*7, 12, 2* laridum *(lardum v. l.)* vocamus, ut opinor quasi large aridum

vas ad potus et prandia deferenda rusticis in agros aptum, et dicitur ab areo per contrarium, eo quod non sit aridum, quia operarii semper indigent ut vinum vel aqua sit in eo qua utantur; vel vas ubi reliquie ciborum ponuntur. [10] Et secundum Rabanum[540] hoc **ordeum** dicitur ab areo, eo quod[541] citius aliis frugibus areat, vel ordeum quia habeant ordinem eius spice. Huius sunt tria genera: primum dicitur exaticum, quia spice eius sex ordines habeant, quod quidam canterinum appellant, quia animalia melius quam triticum pascit et homines salubrius quam malum triticum; aliud disticum, quia duos ordines habeat, hoc plerique calaticum[542] vocant; tertium trimense[543], quia cum cogit necessitas verno tempore seminatur et celeriter colligitur; [11] unde hoc **ordeolum** -li diminutivum, et hinc hic **ordeolus**, scilicet parvissima collectio in pilis palpebrarum in medio lata, ordei granum similans, unde et dicitur. Item ab ordeum **ordiceus** -a -um vel **ordeaceus** -a -um et hoc **orreum** quasi ordeum, ubi reponitur ordeum; generaliter tamen locus ubi reponitur annona quelibet dicitur orreum. [12] Et ab areo hec **arundo** -nis, quia cito aret et proprie dicitur folium dependens, sed sepe simpliciter pro canna ponitur, unde **arundineus** -a -um, et hoc **arundinetum** -ti locus ubi arundines crescunt, unde in libro Sapientie[544] de iustis: 'fulgebunt iusti et tamquam sintille in arundineto discurrent'.

[13] Areo componitur **inareo** et **exareo**, et[545] infinitivus arere componitur cum facio **arefacio** -cis, et cum fio et fit **arefio** -fis, idest fieri aridum.

A 311

[1] **ARBOR** vel **arbos** secundum Ysidorum[546] sicut herba dicitur ab arvis, quia terre fixis radicibus adheret[547], vel arbor ab herbis, eo quod ad modum herbarum pullulet nascendo; prius enim, iacto semine, herba oritur, dehinc confota surgit in arborem, et in parvo tempore quam herbam videras[548], arbustum suspicis; [2] et est **arbustum** arbor novella et tenera, in qua insertio fieri potest. Ab arvo ergo derivatur herba, et ab herba arbor

[540] *univ. 19, 2 p. 505D* Hordeum dictum, quod prae ceteris generibus frumenti antea fiat aridum: vel quod spica eius ordines habeat [541] eo quod*:* quia *P* [542] *cf. Isid. 17, 3, 10* Galaticum *(*calaticum *v. l.)* [543] enim emesse *P* [544] *Vet. Lat. sap. 3, 7* fulgebunt *(*f. iusti *v. l.)* et tamquam scintillae in a. d. [545] *sic LaVaMo: om. PRAm* [546] Ysidorum*:* Ysidorum dicitur ab hereo -res *ad. P in marg. cf. Isid. 17, 6, 1-3* [547] *sic LaVa:* adherent *PR* [548] videas *P*

vel arbos, et videtur arbos proprie dici de fructifera, arbor et de fructifera et de sterili; unde hec **arbucula** vel **arbuscula** diminutiva, et **arboreus** -a -um et **arborinus** -a -um possessiva; [3] et hoc **arbustum** -sti, locus ubi arbores crescunt, et pro ipsis quandoque ponitur et precipue pro novellis; et dicitur arbustum quasi arborum statio vel hasta, et hoc **arboretum** -ti pro eodem, et hec **arbutus** -ti nomen cuiusdam arboris cuius fructus **arbutum** dicitur, et inde hoc **arbutetum** -ti locus ubi arbutus crescit, et **arbuteus** -a -um de arbuto existens. [4] Et nota quod quidam dicunt quod[549] arbustum proprie dicitur de maioribus arboribus, arbutus est generale nomen omnium minorum arborum, arbutum generale nomen omnium fructuum talium arborum; sed teneatur ut prediximus.

A 312

[1] **ARCHOS** grece, princeps latine, inde **archia** idest principatus, et per compositionem hic et hec **archimandrita** -te, princeps ovium, nam[550] mandros dicitur ovis, et per translationem dicitur quandoque de pastoribus[551] spiritualibus. [2] Et componitur cum cosmos quod est mundus et fit hic **cosmarcha** -che, idest princeps mundi sicut fuit Romanorum imperator, et inde **cosmarchia** -chie, idest eius principatus; [3] et cum typus quod est figura et fit hic **archetypus** -pi, idest princeps figurarum et potest poni adiective ut **archetypus** -a -um, ut 'archetypus mundus', idest principalis figura sensibilis mundi; [4] et cum penta quod est V et fit hic **pentacontarchus** -chi, idest princeps et magister super V[552] homines, unde in primo libro Machabeorum[553] 'constituit Iudas duces[554] populi centuriones et pentacontarchos'; [5] et cum monos quod est unum et dicitur hic **monarcha** -che, idest princeps unius civitatis vel unicus princeps in aliquo regno, et inde hec **monarchia** -chie eius potestas[555]; [6] et cum tetras, quod est quatuor, et fit hic **tetrarcha** -che, idest princeps quarte partis, et inde hec **tetrarchia** -chie eius potestas, et **tretrarchare** idest principari, unde Oratius in libro Epistularum[556] 'tetrarchare volens accedes siccus ad unctum'[557]; [7] et cum genesis et fit hic **genearcha** -che,

[549] *om. P* [550] *om. P* [551] principibus *P* [552] *cf. Osb. A xxiii* 7 L *(v. l.* V) [553] *Vet. Lat. I Macc. 3, 55* constituit Iudas duces populi tribunos et c. et p. [554] *sic LaVa:* princeps *PR* [555] *sic LaVa:* dignitas potestas *PR* [556] *1, 17, 12* te tractare voles, accedes siccus ad unctum [557] [unctum. Et cum cile, quedam figura apud Grecos que representat mille, inde ciliarcha, princeps super mille *Va*]

idest princeps et caput totius generis, et hic **ministeriarches** -chis, idest princeps ministerii, unde Prudentius in libro Ymnorum[558] 'ipse ex omnibus ministeriarches incidit'; [8] et hic **gerarcha** -che, idest sacer princeps sicut episcopus, a gera quod est sacrum vel sanctum, inde hec **gerarchia** -chie, eius potestas; [9] et cum topos quod est totum et fit hic **toparcha** -che, idest princeps super totum, unde Iosephus[559] in octavo libro 'quod dono Arabie toparche[560] regesque mittebant'; et hec **toparchia** -chie eius potestas; [10] et cum comes et fit hic **comarchus** -chi, idest princeps super comites; et cum decem et fit hic **demarchus** -chi, idest princeps super decem, unde Plautus in Gurgulione[561] 'nec comarchus nec demarchus, nec cum tanta gloria'; [11] et cum machera quod est macellum et fit hic **archimachirus**[562] -chiri, idest princeps coquorum, quod et hic **archicocus** -ci dicitur; et cum genesis quod est natura et fit hic **archigines** -nis, idest principalis medicus; [12] et cum logos quod est sermo et fit **archilogus** -a -um, idest princeps vel primus in sermone, unde hoc **archilogium** -gii, sermonis principium.

[13] Item componitur archos cum episcopus et fit **archiepiscopus** princeps episcoporum, et **archipresbiter** princeps presbiterorum, et hic **patriarcha** princeps patrum, et hic et hec **heresiarcha** -che, princeps heresis; [14] et cum levita et diaconus, quod idem est, et fit hic **archilevita** et hic **archidiaconus**, idest princeps diaconorum; [15] et cum poto et fit **archiposia** -e, idest magnus potator[563], et hic **archangelus** princeps angelorum, et hic **archigallus** princeps Gallorum illorum sacerdotum, et hic **architriclinus** -ni princeps triclinii, quod est domus trina sessione convivantium ordinata; [16] et hic **architector** -ris, idest princeps in edificando tectum, et forte[564] potest dici verbum **architector** -aris, idest facere tecta, et invenitur hic **architectus** -ti, idem quod architector. Et forte cum pluribus partibus componitur archos, quas propter prolixitatem relinquimus lectori diligenter inquirendas.

A 313

[1] **ARMUS** -mi scapula, humerus, sed humerus proprie hominum est, sed armus bestiarum, inde secundum Rabanum[565] hic **armelaus** -lai, idest

[558]*perist. 2, 349-50* ipse ex omnibus / mysteriarches incidit [559]*Cassiod. Ios. antiq. 8 p. 233, 33-34* [560]toparche rege *P* [561]*286* nec demarchus nec comarchus nec cum t. g. [562]*cf. Pap. AR 68* archimagirus (archimachirus *v. l.*) [563]potor *P* [564]*om. R* [565]*univ. 21, 15 p. 573A* Armelausa vulgo vocata, quod ante et

vestis humeros tantum tegens sicut scapulare monachorum; [2] et hoc **armillum** -li vas vinarium aptum ad portandum in humeris, et hec **armilla** -e idest torquis, brachiale, dextrocherium, et sunt proprie virorum, ab armorum virtute collate victorie causa, que olim virilie[566] dicebantur, eedem et circuli, vel quia in armis idest humeris ferantur; sed armilla mulierum precipue latius extenditur, circulus vero rotundus fit; [3] et hoc **armellum** -li vas sanctorum vel victimarum, et hec **armelausa** -se, vestis sic dicta quia ante et retro divisa et aperta est, in armis tantum clausa, quasi armisclausa ablata 'c', et est sclavina.

[4] Item ab armus pluraliter hec **arma** -morum, quia eum tegunt vel quia armis idest brachiis exercentur, et dicuntur generaliter omnium generum tela, sed tamen proprie arma quibus defendimur, tela quibus oppugnamus et que mittimus, [5] unde **armo** -as verbum activum cum omnibus suis compositis, et inde verbalia **armator**, **armatrix**, **armatio**, **armatiuncula**, et **armabilis** -le, quod est facile ad armandum, et hec **armatura** -re, et hoc **armamentum** -ti pro eodem.

[6] Item ab arma hic et hec **Sarmata** -te, quidam populus, quia Sarmate patentibus campis armati equitabant, prius quam eos Lentulus Danubio prohiberet, et inde ob studium armorum Sarmate dicti sunt, quasi semper arma tenentes vel quasi sitientes arma tenere, unde **sarmaticus** -a -um.

[7] Item ab arma hoc **armentum** -ti, quia aptum sit[567] armis vel faciendis vel ferendis vel exercendis vel quia sit cornibus armatum; vel dicitur armentum[568] quasi aramentum ab arando, et est proprie de maioribus, grex de minoribus. Unde hoc **armentarium** pro eodem, et inde **armentariolum** -li diminutivum, et hic **armentarius** custos armenti.

[8] Item ab arma hoc **armarium**, locus ubi arma ponuntur[569], et **armamentarium** pro eodem, sed modo proprie armamentarium ubi tantum tela et arma ponuntur; armarium vero dicitur etiam quandoque locus ubi instrumenta et arma[570] cuiuslibet artis sunt, quia cuiuslibet artis sunt sua arma, ut clericorum arma sunt libri, nautarum vela, remi, funes, feminarum fusi, coli et huiusmodi. [9] Arma componitur hic **armipotens**, idest Mars, quod etiam omnis generis potest esse, et **armiger** -a -um, quod etiam substantive dicitur hic **armiger** pro scutifero et hec **armigera** pro

retro divisa atque aperta est, in armos tantum clausa, quasi armiclausa, cum littera ablata [566]virile *P* *cf. Isid. 19, 31, 16* viriolae (viriliae *v. l.*) [567]aptum sit: apta sunt vel sint ad *P* [568]vel dicitur armentum *om. P* [569]hoc armentarium... ponuntur: hoc armatarium locus ille ubi arma ponuntur *P* [570]et arma *om. P*

scutifera, et hic et hec **inermis** et hoc -me, et **inermus** -a -um reperitur, unde Virgilius[571] 'tunc studio effuse matres et vulgus inermum', [10] et hic et hec **exermis** et hoc exerme[572] idest extra arma, et **exermus** -a -um, et hic **armilustrius** -strii idest locus metuendus qui ab armatis sepius lustratur, vel ludus cum armatis factus.

[11] Item ab armus **humerus**, quasi armerus, ut esset distinctio hominum, quorum sunt humeri, ad animalia quadrupedia, quorum sunt armi, unde **humerosus** -a -um idest fortis et habens magnos humeros, et hic **humerillus**, qui extremitati axis infingitur, et hic et hec **humeralis** et hoc -le quod pertinet ad humerum, et hoc **humerale** quoddam pallium quod et **superhumerale** dicitur.

A 314

[1] ARDEO -des -si arsum verbum neutrum, et inde **ardens** -tis et comparatur -tior -simus, unde **ardenter** -tius -sime adverbium; [2] et hic **ardor** -ris, et hic **ardelio** -nis, idest leccator qui ardens est in leccacitate, et **arseverse** verbum defectivum, imperativi modi, secunde persone, idest 'averte ignem', unde Afranius[573] 'inscribat quis in hostio arseverse', vel arseverse dicitur proverbium; [3] et hec **arseda** -de quedam stella valde splendens, et hoc **arsineum** -nei, vestis muliebris rubei et ardentis coloris; [4] et **arduus** -a -um, eo quod ardua ardent a sole, unde hec **ardea** -dee, quedam avis petens ardua, scilicet airun; vel secundum fabulam a civitate que Ardea[574] dicebatur, quia in arduo erat sita, unde hic et hec **ardeas** et hoc ardeate patrium, dicta est avis illa ardea, quia de cinere illius civitatis nata fuit; et eadem avis a multis dicitur tantalus.

[5] Item ab arduus **arduitas** -tis, et est proprie montium, et hec **Arduenna** -ne quedam silva quia eius ligna sunt ardua, de qua Cesar ait in Istoriis suis; et tria sunt nemora nominatissima: Arduenna, Parthicus, Equilia.

[6] Item ab ardeo **assus** -a -um quasi arsus, unde **asso** -as verbum activum. Item ab ardeo et cor per compositionem **cardiacus** -a -um, idest cordis pulsum patiens, quasi cor ardens habens propter sitim; vel a greco cardian, quod est cor, dicitur cardiacus -a -um; unde Iuvenalis[575] 'cardiaco cia-

[571] *Aen. 12, 131* Tum studio effusae matres et volgus i. [572] et inermus... exerme *om. P* [573] *com. 415* Inscribat aliquis 'arse verse' in ostio [574] *sic LaVa:* ardua *PR* [575] *5, 32* cardiaco numquam cyathum m. a.

tum numquam missurus amico'; vel sit compositum a cor et hio -as quasi cor hians habens propter sitim, et tunc dicetur **cordiacus** et non cardiacus. [7] Item ab ardeo **ardesco** inchoativum, et componitur cum re, et dicitur **redardesco** interposita 'd', unde Ovidius in libro[576] De remediis[577] 'flamma redardescit, que modo nulla fuit'; [8] ardeo componitur et dicitur **exardeo** -des, et **inardeo** -des, et simplex et compositum est neutrum.

A 315

[1] **ARGOS** nomen civitatis in Grecia neutri generis et indeclinabile in singulari, sed in plurali masculini generis, et declinatur hii **Argi** -gorum, unde dicti sunt **Argivi**[578], vel ab Argo rege hoc et illud dicitur. [2] Unde hec **argilla** -le terra humida et tenax, quia apud Argos primum ex ea facta sunt vasa, unde **argillosus** -a -um plenus argilla, et secundum quosdam hoc **argentum** propter similem colorem, [3] vel ab argentos, quod interpretatur candor quia candidum sit, vel, quod melius est, **argiros** dicunt Greci argentum, unde olim hic **argirus** -ri denarius dicebatur, quia maxime moneta de argento solet fieri; et hec **Argira** -re quedam insula in Indico oceano adeo fecunda argento ut dicatur habere superficiem argenteam, et ideo sic dicta est, et inde nos dicimus hoc argentum -ti; [4] unde hic **argentarius** -rii qui cudit argentum, et **argenteus** -a -um idest de argento existens, unde **argenteolus** -a -um diminutivum, et **argento** -as quod componitur **deargento** -as, et **inargento** -as et sunt activa, et inde verbalia.

[5] Item ab argentum vel argilla **argello**[579] -as idest percutere et est activum, unde verbalia[580]. [6] Item ab argiros hic **argirites**, quedam gemma argenteum habens colorem, et pluraliter hii **argiraspide**, et sunt dicti sic[581] quidam milites qui sub Alexandro militaverant propter arma deargentata.

A 316

[1] **ARES** virtus, unde per compositionem a pagos, quod est villa, dicitur hic **Ariopagus**, villa virtutis scilicet vicus Athenis, ubi studebant philosophi, unde **ariopagita** -te, princeps et[582] magister illius ville; et ab ares et logos quod est sermo dicitur **arethologus**, idest virtuosus et potens in

[576]*sic* (in libro) *LaVa: om. PR* [577]734 flamma redardescet, quae modo n. f. [578]*sic Am:* Argi *cett.* [579]*sic Va:* argento *RAm* argito *La de codd. P et Mo cf. subs. adn.* [580]Item ab argentum... verbalia *om. PMo* [581]*om. P* [582]*sic* (princeps et) *La: om. PRVa*

sermone; [2] et ab ares dicti sunt **Aristeus** et **Aristotiles** quia virtuosi fuerunt, et ab ares et ritmos[583], quod est numerus, dicitur **arismetica** -ce, quia tractat de virtute numeri, unde hic **arismeticus** -ci et adiective[584] **arismeticus** -a -um.

A 317
**ARELATUM**, urbs Gallie.

A 318
**ARGA**[585], cucurbita vel simulacrum.

A 319
**ARISAT**[586], grus quando clamat.

A 320
**ARPAX**[587] -cis, uncus ferreus sic dictus quia arripit[588] quod cadit[589] in puteum; ab arpe, quod grece dicitur rapere, unde **arpia**[590] -e quedam avis rapax ut habetur in Virgilio[591], et hec **arpe**, gladius Mercurii falcatus.

A 321
**ARCUMA**[592], vehiculum[593] unius hominis.

A 322
**ARMONIA**, dulcoratio et consonantia plurimorum cantuum, unde **armoniacus** -a -um dulcis, suavis, delectabilis ut armonia idest communis cantus celi, et videtur armonia esse compositum ex ad, sed secundum antiquos mutatur d in r, et monos quod est unum, quasi ad unum, ubi omnes cantus ad unam consonantiam tendunt.

A 323
**ARCOBALISTA**[594], genus balistarum. Ambrosius Super Egisippum[595] 'sparsa iacebant utensilia arcobaliste et cetera instrumenta in excisione urbis evecta'.

[583]ritmos *RLa:* nemos *PVaMoAm* [584]arismeticus... adiective *om. P* [585]*cf. Pap. AR 112* [586]*cf. Gloss. V 168, 21* [587]*sic La:* arapax *PRVa* [588]arapit *P* [589]eadem *P* [590]arapia *P* [591]*Aen. 3, 212 et alibi* [592]*sic La:* arcula *PRVa* [593]huciculum *P* [594]*sic Mo:* arcorbalista *PRLaVaAm* [595]*Heges.*

A 324
**ARCHIPOLITES**[596], princeps civium.

A 325
**ARCHIPIRATA**, princeps piratarum.

A 326
**ARCHIIERARIUS**[597], summus princeps.

A 327
**ARTABE** mensure sunt.

A 328
**ARCHIMETRICUS**, astrologus.

A 329
**ARGASTERIUM**[598], magisterium. Anianus[599] 'per quod[600] huius artis argasterium aperuit'.

A 330
**ARPAGIO**, genus vasis. Iosephus[601] 'fecit vasa aurea, ollas, caldarias et arpagiones'.

A 331
**ARFERIA**[602], aqua que Inferis libabatur.

A 332
**ARCHEOGENIA**, initium generationis.

A 333
**ARESPONSIS** indeclinabile est, qui dat responsa principis.

*2, 15, 8 p. 177, 24-26* passim iacebant vasa, utensilia, vel etiam bello necessaria, arcoballistae arietes ceteraque instrumenta in excisionem urbis advecta [596]*om. P* [597]*scripsi:* archiherarius *La* archerarius *VaMo* archexarius *PRAm cf. Thes. l. L.* archierarchus *et Osb. a 658* Archigerarius [598]*cf. E 120, 1* (ergasterium) *et Osb. a 559, e 60* [599]*non repperi* [600]*sic* (per quod) *Mo:* per quam *P* per quem *RVaAm* qui prius *La.* [601]*Cassiod. Ios. antiq. 8 p. 225, 11-12* Fecitque eius vasa omnia aerea: insuper et ollas, et caldarias, et trullas, et harpagones [602]*cf. Osb. a 537*

A 334
**ARTIGILIT**[603], idest sibi nonum[604].

A 335
**ARISCHILIT**[605], idest adunatio.

A 336
**ARIMANINUS**[606], qui scitum[607] dominicum sequitur.

A 337
**ARATRAIP**[608] cum iustitia, idest solidis DCCCC.

A 338
**ARSIPPIO**[609], arcus[610].

A 339
[1] **ARBITROR** -aris, existimare, sed differunt, quia existimare vel extimare est apud[611] animum nostrum, arbitrari iudicium animi proferre. [2] Unde hic **arbiter** -tri, quod in tribus accipitur significationibus: arbiter enim dicitur revelator consiliorum, ut in Sallustio[612] 'procul arbitris omnibus amotis' et cetera, et arbiter testis et arbiter iudex, sed differunt: iudex ex lege, arbiter ex voluntate, [3] unde **arbitrium** libera voluntas vel potestas, qua quis sponte vel bona vel mala appetere potest.

A 340
**ARTABATITE** genus monstri Ethyopie, proni ut pecora ambulare dicuntur: quadragesimum evi annum nullus supergreditur; et dicuntur sic ab artus[613] -a -um et batin, quod est gradus, quia artatim et curve gradiuntur.

A 341
**ARCHONTIACI** quidam heretici, a principibus angelorum, quia universitatem[614], quam Deus condidit, opera esse archangelorum defendunt.

[603]*cf. Cremascoli 1966 p. 63 et 1994 p. 210* [604]novum *R* [605]ariscilit *R* [606]Arimaninus *PLaAm:* Arimans *R* Aruriamus *Va* Arimanus *Mo* [607]situm *P* [608]*cf. Cremascoli 1966 p. 60* [609]*cf. Gloss. V 168, 32* [610]artus *P* [611]recipere *(supra lineam) P* [612]*Catil. 20, 1* omnibus arbitris procul amotis [613]ab artus*:* arbutus *P* [614]in universitate *P*

A 342

**ARTOTERITE** dicti sunt quidam heretici ab oblatione, quia panem et caseum offerunt, dicentes primis hominibus oblationem de fructibus terre et ovium fuisse celebratam, ab artos quod est panis et tyrus quod est caseus, unde etiam dicitur **artotira**, cibus ex pasta panis[615] et caseo compositus[616].

A 343

**ARRIANI**[617] dicti sunt quidam heretici[618], ab Arrio alexandrino presbitero orti.

A 344

**ARMENIA**[619] dicta est ab Armenio socio Iasonis qui, recollecta multitudine que[620] amisso rege Iasone passim vagabatur, Armeniam cepit et terre nomen[621] dedit, unde **armenius** -a -um gentile.

A 345

**ARAXES**, fluvius Armenie sic dictus a rapiendo, quia rapacitate sua cuncta prosternit.

A 346

[1] **ARCHADIA** dicta est ab Archade, filio Iovis et Calistos, et eadem dicitur Sicionia[622] a Sicione rege vel civitate, [2] unde hic et hec **Archas** -dis et **archadicus** -a -um gentile, unde archadici[623] asini dicuntur magni et alti, quia ibi tales abundent et primo inde vecti sunt.

A 347

**ARARAT**, mons Armenie in quo archam historici post diluvium sedisse testantur[624].

A 348

**ARTHEMISIA**, herba Diane a gentilibus consecrata, unde et dicitur; grece enim Diana **Arthemis** dicitur.

[615]vel pane *R* [616]positus *R* [617]Arri *P* [618]*sic LaVa:* heretici dicti *PR* [619]Arrabonìam *P* [620]*om. P* [621]*sic Va: om. PRLa* [622]*sic Mo:* Sicimonia *RAm om. PLaVa* [623]archadiaci *P* [624]|testantur, unde et usque hodie ibidem lignorum eius videntur vestigia *Mo*| *cf. Isid. 14, 8, 5*

A 349
Hec **ARNOGLOSSUS** vel **ARNOGLOSSA** herba est scilicet agni lingua, ab arna quod est agna et glossa quod est lingua; eadem a Romanis dicitur plantago, quia planta eius cito adhereat terre.

A 350
**ARDESUS**, sterilis, exilis, exesus.

A 351
**ARFAXAT**[625] interpretatur depopulatio.

A 352
[1] **AROMATA** sunt quecumque fragrantis odoris India vel Arabia mittit, vel alie regiones, dicta sic ab ara, quia aris imposita divinis invocationibus apta videantur, vel ab aere, quia sese aeri inseri et misceri probantur; [2] nam quid est odor nisi aeris contactus[626]? Unde **aromatizo** -as idest redolere, et ponitur quandoque transitive: 'ego aromatizo hunc', idest aromate ungo vel aromate[627] redolentem facio.

A 353
**ARSENICUM**, genus coloris quod Latini ob colorem[628] vocant auripigmentum.

A 354
**ARSACUS**, rex Parthorum, unde ipsi dicti sunt **Arsacide**.

A 355
[1] Hic **ARGUS** -gi, pastor a quo et letum dicitur hoc **Argiletum** -ti, scilicet locus in quo occisus est Argus. [2] Item **Argus**, quidam mons a quo vel a factore dicta est prima navis hec **Argus** -gi et **Argon** indeclinabile, et **Argon** -nis et **Argo** indeclinabile, et hec **Argo** -nis et hec **Argo** -gos -goy et hec **Argos** -goy; [3] unde per compositionem hic **argonauta** -te, et[629] dicti sunt **Argonaute** omnes illi qui in illa nave iverunt pro aureo vellere, unde **argonauticus** -a -um possessivum, et hec **Argonautica** -ce liber compositus ab Apollonio de Argonautis. [4] Item **argus** dicitur vagus vel piger, unde **argia** pigritia.

[625] *cf. Pap. AR 110* [626] concretus *P* [627] *om. P* [628] calorem *P* [629] *om. R*

A 356
**ARSERIA**[630], vasa vinaria cum quibus vinum ad aram ferebant.

A 357
**ARULA**[631], receptaculum ignis.

A 358
**ARGIROPATE**[632], argenti distractores.

A 359
**ARIEL**[633], leones.

A 360
**ARILLATOR**[634], mercator.

A 361
**ARIOBARZANAS**, nomen fluvii.

A 362
**ARIUSIUM**[635] promontorium est, unde **ariusius** -a -um.

A 363
**ARTEPELLONES**[636], qui vulgo dicuntur ingeniarii.

A 364
**ARCERA**, plaustrum.

A 365
**ARSIS**, elevatio vocis, idest initium.

A 366
**ARGITIS**, grecula vitis.

[630] *cf. Gloss. V 491, 55* arseria [631] *sic La:* araula *PRVa cf. Pap. AR 273* [632] *cf. Gloss. V 520, 11* Argiropratę [633] *cf. Pap. AR 148* [634] *cf. Gloss. V 441, 17 et V 491, 65* [635] *cf. Pap. AR 175* Ariusius [636] *cf. Gloss. V 441, 32* artepellones gunnarii

A 367
**ARMORACEA** herba est, hoc est lapsana[637].

A 368
**ASSUTUS**[638], luxuriosus.

A 369
**ASSARIUM**[639], nummus vel figura denarii.

A 370
**ASFALTUM**, bitumen.

A 371
**ASCARIDE** vermes sunt cutis, scilicet pediculi.

A 372
**ARCHISTERIUM**, monasterium, ab archos quod est princeps et sterion quod est statio, quasi principalis idest spiritalis statio, vel archisterium quia[640] regulis et disciplinis arcetur.

A 373
**ARBITRERIUM**, collectio multorum arbitrorum, idest ipsa consensio ipsorum, scilicet deliberatio eorum.

A 374
[1] **ARISTOLOGIA** herba dicitur quia mulieribus fetis sit optima, et sunt eius due species, quarum una aristologia rotunda dicitur, quia rotundam habeat radicem; [2] altera longa, quia radicem longam[641] habeat cum ramis et foliis longioribus; quam etiam dactalin vocant, quia sit radice digitali[642] et longa.

637[lapsana. Artorium, ubi bona venduntur. Artumia grece, latine dicitur numerus, unde artumiaci miseratores *La* lapsana. Aron interpretatur mons fortitudinis, quia turibulum aureum accipiens superstitum et interemptorum obviam stetit, et ruinam mortis quasi quidam mons fortis exclusit *Va* lapsanano. Aron interpretatur mons fortitudinis in media quasi turibulum aureum *Mo*] 638arsutus *R cf. Gloss. IV 21, 53 et Pap. AS 80* asotus 639arsanum *R cf. Pap. AS 11* 640que *P* 641rotundam... longam: rogam *P* 642digitalis *P*

A 375

[1] **ASTRUM** stella; que tamen sit differentia inter astrum, stellam et sidus, Deo volente, in sequentibus determinabitur, cum tractabitur de s littera; et dicitur astrum ab Astro phylosopho, qui primus tractavit de astris, vel ab astrum quod grece dicitur stella; [2] inde hic et hec **astralis** et hoc -le, et **astrosus** -a -um idest lunaticus, quasi malo sydere natus; [3] et hec **Astrea**, idest iustitia, quia de celo descendit, unde Ovidius in primo Metamorphoseos (150) 'ultima celestum terras Astrea reliquit', et **astreus** -a -um, res pertinens ad astrum; [4] et componitur cum nomos, quod est lex, vel norma quod est regula, vel noma quod est nomen, et dicitur **astronomus** -mi, qui docet legem vel regulam de astris, vel qui nominat ea, unde hec **astronomia** -e ipsa ars[643], et **astronomicus -a** -um.

[5] Item componitur astrum cum potens et dicitur hic et hec et hoc **astripotens** -tis, et cum logos, quod est sermo, et dicitur **astrologus** -gi, unde hec **astrologia** scilicet quedam ars pars astronomie et **astroloycus** -a -um; [6] et ab astrum hoc **astrolabium** -bii, quoddam instrumentum ipsius[644] artis.

A 376

[1] Hic **AS** assis pondus est constans ex duodecim unciis, et ponitur quandoque pro obolo, et tunc componitur cum tres et dicitur hic **tressis**, idest tres oboli vel pretium trium obolorum, unde Persius[645] 'non tressis agaso vappa lippus'; [2] et componitur cum quatuor et dicitur hic **quadressis**, idest quatuor oboli vel pretium quatuor obolorum, et cum quinque et dicitur hic **quinquessis**, idest quinque oboli vel pretium quinque obolorum; [3] et cum semis et dicitur hic **semissis**, vel **semis** semissis, idest dimidius obolus vel as; et accipitur quandoque pro quadam mensura, sicut habetur in Rethorica, unde Apuleius[646] 'semissem quinarius, denarius quinquessem valebat'; [4] et componitur cum sex et dicitur hic **sexis**, idest sex oboli vel pretium sex obolorum; et cum septem et fit **septussis**, idest septem asses vel pretium septem assium; [5] et cum octo et fit hic **octussis**, idest octo asses vel pretium octo assium, unde Oratius in Sermone[647] 'Quanto etenim? parvo. Quanti ergo? octussibus, heheu'; [6] et cum centum et dicitur hic **centussis**, idest centum asses vel pretium

[643]res *P* [644]illius *R* [645]5, 76-77 n. tresis a. / v. l. [646]*frg. 11* semissem, quinarius quinquessis, denarius decussis valebat [647]*sat. 2, 3, 156* 'quanti emp-

centum assium, unde Persius (5, 191) 'et centum Grecos curto centusse licetur', sed hic videtur poni pro centesima parte assis; [7] et notandum quod ista tria composita ab asse ultimo prolata in -ussis finiuntur, cetera vero composita ab asse in -essis finiuntur, preter semissis.

[8] Item ab asse hic **asser** -ris, quia soli asseres in tectis ponuntur, et non coniunctim: assem enim unum dicimus; vel dicuntur asseres quia parietibus assideant et trabibus, vel quia unus alii inseratur in pariete, ab assero -ris.

[9] Item ab as et do dicitur **assiduus** -a -um, idest dives, quia multos possidet asses, et **assiduus** qui expense erarii preerat, et dicitur sic ab asse dando non quia multum gratis det dives, sed coactus plus dat quam pauper in collectis faciendis.

A 377

**ASSA**[648] lignum latum et dolatum, unde hec **assula** -e, quod cadit de ligno dum dolatur.

A 378

**ASSISTERIUM**, monasterium, grecum est[649], vel dicitur ab assistendo, unde hec **assistria** monialis ibi assistens.

A 379

**ASPIS** dicitur quasi aspergens yos, idest venenum, et inde aspis quia venenum immittat et aspergat morsu.

A 380

**ASTULA**[650] dicitur a tollendo, scilicet quod cadit de ligno dum dolatur, unde etiam volunt dici asciam[651] ab astulis, quia eas a ligno eximit.

A 381

**ASSOCIUS**, consocius, consors, consodalis, contribulis, confedustus.

A 382

**ASTROPHIA**[652] est tenuitas corporis; nam Greci nutrimenti cessationem atrophiam dicunt.

tae?' 'parvo.' 'quanti ergo?' 'octussibus.' 'eheu...' [648]*cf. Diefenbach Gloss. s. v.*
[649]*om. R* [650]*cf. supra, A 377* assula [651]*sic La:* assiam *PRAm* ascia *VaMo*
[652]*cf. infra, A 423* atrophian *cf. Pap. AT 67* atrophia

A 375

[1] **ASTRUM** stella; que tamen sit differentia inter astrum, stellam et sidus, Deo volente, in sequentibus determinabitur, cum tractabitur de s littera; et dicitur astrum ab Astro phylosopho, qui primus tractavit de astris, vel ab astrum quod grece dicitur stella; [2] inde hic et hec **astralis** et hoc -le, et **astrosus** -a -um idest lunaticus, quasi malo sydere natus; [3] et hec **Astrea**, idest iustitia, quia de celo descendit, unde Ovidius in primo Metamorphoseos (150) 'ultima celestum terras Astrea reliquit', et **astreus** -a -um, res pertinens ad astrum; [4] et componitur cum nomos, quod est lex, vel norma quod est regula, vel noma quod est nomen, et dicitur **astronomus** -mi, qui docet legem vel regulam de astris, vel qui nominat ea, unde hec **astronomia** -e ipsa ars[643], et **astronomicus** -a -um.

[5] Item componitur astrum cum potens et dicitur hic et hec et hoc **astripotens** -tis, et cum logos, quod est sermo, et dicitur **astrologus** -gi, unde hec **astrologia** scilicet quedam ars pars astronomie et **astroloycus** -a -um; [6] et ab astrum hoc **astrolabium** -bii, quoddam instrumentum ipsius[644] artis.

A 376

[1] Hic **AS** assis pondus est constans ex duodecim unciis, et ponitur quandoque pro obolo, et tunc componitur cum tres et dicitur hic **tressis**, idest tres oboli vel pretium trium obolorum, unde Persius[645] 'non tressis agaso vappa lippus'; [2] et componitur cum quatuor et dicitur hic **quadressis**, idest quatuor oboli vel pretium quatuor obolorum, et cum quinque et dicitur hic **quinquessis**, idest quinque oboli vel pretium quinque obolorum; [3] et cum semis et dicitur hic **semissis**, vel **semis** semissis, idest dimidius obolus vel as; et accipitur quandoque pro quadam mensura, sicut habetur in Rethorica, unde Apuleius[646] 'semissem quinarius, denarius quinquessem valebat'; [4] et componitur cum sex et dicitur hic **sexis**, idest sex oboli vel pretium sex obolorum; et cum septem et fit **septussis**, idest septem asses vel pretium septem assium; [5] et cum octo et fit hic **octussis**, idest octo asses vel pretium octo assium, unde Oratius in Sermone[647] 'Quanto etenim? parvo. Quanti ergo? octussibus, heheu'; [6] et cum centum et dicitur hic **centussis**, idest centum asses vel pretium

[643]res *P* [644]illius *R* [645]5, 76-77 n. tresis a. / v. l. [646]*frg. 11* semissem, quinarius quinquessis, denarius decussis valebat [647]*sat. 2, 3, 156* 'quanti emp-

centum assium, unde Persius (5, 191) 'et centum Grecos curto centusse licetur', sed hic videtur poni pro centesima parte assis; [7] et notandum quod ista tria composita ab asse ultimo prolata in -ussis finiuntur, cetera vero composita ab asse in -essis finiuntur, preter semissis.

[8] Item ab asse hic **asser** -ris, quia soli asseres in tectis ponuntur, et non coniunctim: assem enim unum dicimus; vel dicuntur asseres quia parietibus assideant et trabibus, vel quia unus alii inseratur in pariete, ab assero -ris.

[9] Item ab as et do dicitur **assiduus** -a -um, idest dives, quia multos possidet asses, et **assiduus** qui expense erarii preerat, et dicitur sic ab asse dando non quia multum gratis det dives, sed coactus plus dat quam pauper in collectis faciendis.

A 377

**ASSA**[648] lignum latum et dolatum, unde hec **assula** -e, quod cadit de ligno dum dolatur.

A 378

**ASSISTERIUM**, monasterium, grecum est[649], vel dicitur ab assistendo, unde hec **assistria** monialis ibi assistens.

A 379

**ASPIS** dicitur quasi aspergens yos, idest venenum, et inde aspis quia venenum immittat et aspergat morsu.

A 380

**ASTULA**[650] dicitur a tollendo, scilicet quod cadit de ligno dum dolatur, unde etiam volunt dici asciam[651] ab astulis, quia eas a ligno eximit.

A 381

**ASSOCIUS**, consocius, consors, consodalis, contribulis, confedustus.

A 382

**ASTROPHIA**[652] est tenuitas corporis; nam Greci nutrimenti cessationem atrophiam dicunt.

tae?' 'parvo.' 'quanti ergo?' 'octussibus.' 'eheu...' [648]*cf. Diefenbach Gloss. s. v.* [649]*om. R* [650]*cf. supra, A 377* assula [651]*sic La:* assiam *PRAm* ascia *VaMo* [652]*cf. infra, A 423* atrophian *cf. Pap. AT 67* atrophia

A 383
**ASA**[653] interpretatur tollens vel substollens.

A 384
**ASSER** beatus dicitur, quia, cum peperisset eum Zelpha, dixit Lia 'beatam ergo dicent me mulieres', et ideo vocavit illum beatum[654].

A 385
**ASSUR** -ris fuit filius Sem, a quo dicta est **Assiria**, unde **assirius** -a -um; et Assur dicitur diabolus.

A 386
**ASFALTITES** est lacus Iudee, ubi nichil mergi potest quod habeat animam; quasi sine flatu idest sine[655] vita.

A 387
[1] **ASIA** quedam femina fuit, que olim tenuit imperium Orientis, a qua dicta est **Asia** regio illa, unde **asianus** -a -um et **asiaticus** -a -um; [2] vel Asia interpretatur elatio vel elevatio, et ideo dicta est terra illa sic, quia illa pars mundi est elatior; invenitur etiam **Asia** pro quadam palude prima producta, que in nomine regionis breviatur.

A 388
**ASBESTUS**, lapis ferrei coloris, ab igne nomen sortitus, quia semel accensus numquam extinguitur.

A 389
**ASTERITES**[656] gemma candida est, inclusam[657] lucem continens sicut stellam intus ambulantem, unde dicta est.

[653] *cf. Isid. 7, 6, 69* [654] *Vulg. gen. 30, 12-13* peperit quoque Zelpha alterum dixitque Lia hoc pro beatitudine mea beatam quippe me dicent mulieres propterea appellavit eum Aser [655] *om. P* [656] asterides *P cf. Pap. AS 121* astrites (asterites *v. l.*) [657] incluse *P*

A 390

**ASTERION**[658], gemma[659] cristallo propinqua in cuius[660] centro stella fulget vel lucet fulgore lune plene, et dicitur sic quia astris opposita fulgorem rapit et gerit.

A 391

**ASCALONIA** dicitur quedam herba ex urbe que Ascalon dicitur, unde prius advecta est[661].

A 392

**ASPARAGUS** dictus[662] quia spinosus et asper sit frutex eius, quedam herba est; et etiam sic dicitur quidam piscis[663] parvus sed optimi saporis, et etiam boletus sic dicitur.

A 393

[1] **ASTUS** -tus -tui, calliditas, dolositas; unde **astus** -a -um in malo, **astutus** in bono et comparatur -tior -simus, unde **astute** -tius -sime adverbium, et hec **astutia** -e idest ingeniositas, dolositas, subtela, industria, calliditas, et proprie dicitur de malo. [2] Invenitur hoc **astu** indeclinabile pro eodem et dicitur astu[664] quasi sine statu. Nam qui astutus est non diu in eodem moratur, sed multa deliberat.

[3] Et ab astu **hasta** -ste, quia astutum querit dominum in ea utendo, unde hoc **hastile** -lis eius diminutivum, et **hastatus**[665] -a -um, et hec **hastinata** -te, idest cava festuca. [4] Et componitur cum fero et gero, et fit **hastifer** -a -um et **hastiger** -a -um[666], qui fert vel gerit hastam. Et aspiratur hasta ad differentiam asta, quod est[667] verbum imperativi modi, unde et multum ibi crassescit aspiratio.

A 394

**ASTISMOS** est figura[668] contraria sarcasmo[669], scilicet urbanitas sine iracundia; Virgilius[670] 'qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mevi, atque idem iungat vulpes et mulgeat hyrcos'.

[658]*cf. Isid. 16, 13, 7* astrion [659]*om. P* [660]*om. P* [661]*om. P* [662]dicitur *P* [663]et asper... piscis *om. P* [664]*sic Mo:* astus *PLaVaAm* astutus *R* [665]astutus *R* [666]*sic* (et hastiger -a -um) *Va: om. PRLa* [667]q. est *om. P* [668]*om. P* [669]sarcasmo morum *P* [670]*ecl. 3, 90-91*

A 395

[1] **ASTERISCUS** nota est sic facta ※ que in libris apponitur in his que omissa sunt, ut[671] illucescant per eam notam que deesse videntur; [2] et dicitur sic ab aster, quod grece dicitur stella; et asterisco cum obelo, scilicet nota sic facta ⋇, proprie Aristarcus utebatur in his versibus, qui non suo loco positi erant[672].

A 396

**ASCHIN**[673] grece, latine uter.

A 397

**ASCIDA**[674] animal est strutiucamelon[675], Latini strutionem dicunt; et **Ascida** quedam stella.

A 398

**ASILUM** dicitur domus refugii quod Romulus fecit; hoc, modo, est ecclesia, et dicitur sic ab a, quod est sine, et silen quod est tactus, quia non sit fas ibi alicui tangere et offendere alium.

A 399

Hic **ASILUS** -li, musca que boves stimulat, quam Greci oestrum vocant, rustici tabanum, et videtur dici ab a et silen per contrarium, quia eius tactus nimis sentitur.

A 400

Hec **ASSISTRIX** -cis, idest astitrix ab assistendo, vel **assistrix** -cis, idest affirmatrix ab asserendo.

A 401

**ASTARIUM**, ubi venduntur bona scriptorum[676].

A 402

[1] **ASPER** -a -um, durus, acerbus, truculentus, et comparatur -rior -rimus, unde **aspere** -rius -rime adverbium, et hec **asperitas** idest duritia,

[671] *om. P* [672] *cf. Isid. 1, 21, 7* [673] *cf. Pap. AS 25* [674] *cf. Pap. AS 52 et AS 53* asida [675] *scripsi:* strutiucalemon *codd.* [676] *sic codd.:* proscriptorum *Pap. AS 108*

truculentia; [2] et **aspero** -as verbum activum, idest facere asperum, quod componitur cum ex et fit **exaspero** -as, idest exacerbare et commovere, vel facere asperum.

A 403
**ASPERCOS** grece, latine bitumen.

A 404
**ASCOPA**[677] grece, latine uter.

A 405
**ASTALIN**[678], deceptio vel fraus.

A 406
**ASTO**[679], voluntarie.

A 407
**ASTOGILITH**[680], quod iniquo animo queritur.

A 408
**ASAPH**[681] congregans interpretatur.

A 409
**ASTIN** civitas, unde componitur **proastium**, locus ante civitatem scilicet suburbium, et **mediastinus** -a -um, idest existens in media civitate, vel componitur a sto stas vel teneo -nes.

A 410
**ASIMBAMA**[682], incongruitas vel indignitas[683], ab a quod est sine et simbama quod est congruitas vel dignitas.

A 411
[1] **ATER** -tra -trum idest niger, et comparatur atrior, aterrimus, unde

[677] *cf. Gloss. V 343, 6* [678] *cf. Cremascoli 1966 p. 61* [679] *cf. Cremascoli 1966 pp. 61-62* [680] *sic La:* astogilth *PRVa cf. Cremascoli 1966 pp. 61-62 et 1994 pp. 209-10* [681] *cf. Isid. 7, 8, 27* [682] *sic La:* assimbana *PRVa* [683] indignitas *R:* dignitas

**atre** -trius -terrime adverbium, et hoc **atrium** -trii propter caliginem ignis, qui olim solebat esse in atrio, unde in Passione Domini[684] 'et Petrus stans in atrio calefaciebat se ad ignem'; [2] vel atrium dicitur quia ei addantur tres porticus[685] extrinsecus, et secundum hoc atrium dicitur magna et spatiosa domus; unde hoc **atriolum** -li diminutivum, et hic **atriensis** idest ianitor, hostiarius, exclusarius, patigiarius[686], ianuarius. [3] Atrium componitur cum quinque et dicitur hoc **quinquatrium**, idest quinque porticuum ambitus vel spatium scilicet ubi sunt quinque porticus.

[4] Item ab ater hoc **atramen** -nis, idest nigredo, unde hoc **atramentum** -ti, quia nigrum faciat liquorem in quo ponitur, et hoc **atramentarium**, scriptorium[687], pluteum, plumarium, unde Propheta[688]: 'Ecce vir habens atramentarium scriptoris ad renes'; et inde hoc **atramentariolum** -li diminutivum; [5] et ab ater **atratus** -a -um, idest nigris vestibus indutus, quod etiam **atramus** -a -um dicitur, et hic et hec **atrabilis** et hoc **-le**, idest ater animi vicio; [6] et hic et hec et hoc **atrox** -cis efferus, crudelis et comparatur -cior -simus, unde **atrociter** -cius -sime adverbium, et hec **atrocitas** -tis.

[7] Ater componitur **subater** -a -um, idest aliquantulum ater, et pluraliter hii **quinquatres** vel hec **quinquatria**, idest quinque atri dies vel festum quinque atrorum dierum, in quibus multa mala Romanis evenerunt Gallis obsidentibus urbem, de qua per[689] quinque dies nemo est ausus exire; [8] et ideo Romani in illis quinque diebus solebant cessare ab omni opere et festum colere, unde Oratius in primo Epistularum[690] 'ac potius festis puer ut quinquatribus'; alii dicunt quod illud festum dicebatur sic quia quinquies fiebat in tribus annis vel ter in quinquennio.

A 412
**ATHOS** -thoy, vel **Athon** -onis, mons est Macedonie.

A 413
[1] **ATHLAS**, frater Promethei, fuit rex Africe optimus astrologus, unde dictus est celum sustinuisse, et a nomine eius dictus est mons Africe

*PLaVa* [684]*Vulg. Marc. 14, 54* Petrus autem... secutus est eum usque intro in atrium... et calefaciebat se ad ignem [685]*sic Mo:* porticus vel *cett.* [686]*scripsi (cf. P 38, 8):* patigin- *codd.* [687]scriptorum *P* [688]*Vulg. Ezech. 9, 2* ecce... vir quoque unus... vestitus lineis et atramentarium scriptoris ad renes eius [689]*om. P* [690]*2, 2, 197* ac potius, puer ut festis Quinquatribus olim

Athlas, qui propter suam altitudinem dictus est celum sustinere[691]; [2] unde **athlanteus** -a -um et **athlanticus** -a -um.

A 414
**ATHALIA**[692] interpretatur tempus Domini.

A 415
[1] **ATHYX**[693] -cis fuit filia regis Atheniensium, ex cuius nomine dicta est regio illa **Attica**, et homines **Attici**. Iidem sunt **Athenienses**. [2] Vel atte interpretatur litus, et inde latine hec **atta** idest litus, unde[694] **atteus** -a -um idest litoralis; [3] et hec Attica regio Atheniensium, quia iuxta litus est, et **attice** genus columnarum que ibi abundant; unde **Athene** quasi litorales, quia in litore posite erant; [4] vel dicuntur Athene immortales propter studium, quia olim ibi viguit sapientia que immortalis est, sic dicte ab athanatos, quod est immortale, ab a quod est sine et thanatos quod est mortale, unde **athanasia** immortalitas.

A 416
**ATHONIEL**[695] tempus eius dicitur, vel responsio Dei.

A 417
**ATHLETA**, pugnator, miles fortis et dicitur sic quasi ad letum fortis.

A 418
**ATOMUS**, corpus indivisibile propter sui parvitatem, quamvis forte nullum corpus sit quod divisionem recipere non possit, et dicitur sic ab a, quod est sine, et tomos quod est divisio vel sectio, quod non recipiat sectionem sensui subiacentem.

A 419
**ATTILUS**, astutus et expeditus[696].

A 420
**ATAX**, nomen fluvii.

[691] *sic VaMo:* sustinuisse vel sustinere *cett.* [692] *cf. Isid.* 7, 6, 70 [693] atrix *P*
[694] |unde atticus et *Va*] [695] *cf. Pap. AT* 50 [696] *sic* (attilus… expeditus) *Va* attilius *Mo om. cett.*

A 421
**ATHONIA** grece, latine debilitas stomachi.

A 422
**ATRIPLICES** humidam et frigidam virtutem habent; in cibo sumpti ventrem solvunt.

A 423
**ATROPHIAN**[697] tabitudo corporis vel cibi, et est grecum.

A 424
**ATHAS** grece, levitas latine, lentos plenum, unde dicta est quedam virgo Athalanta propter velocitatem quasi plena levitate.

A 425
**AXIOMA** -matis, dignitas, unde **axiomaticus** -a -um dignitatem habens.

A 426
**AXUNGIA** dicitur ab unctione.

A 427
**AZARIAS**[698] interpretatur auxilium Domini. Idem et **Abdenago**[699], quod interpretatur[700] serviens taceo.

A 428
**AZABEL**[701] interpretatur fluens sanguinem vel sterquilinium.

A 429
**AZIRIUS**[702] interpretatur iracundus vel plenus[703].

697 *cf. supra, A 382* astrophia 698 *cf. Isid. 7, 8, 25* 699 *cf. Isid. ibid.* 700 *sic* (quod i.) *Va: om. PRLa* 701 *cf. Pap. AZ 1* 702 *cf. Pap. AZ 5* 703 [plenus. Attegrare, idest vinum in sacrificiis augere. Atquin, idest certe, profecto. Martianus 'atquin ait virgines quas Fronesis nuntiavit' *Mo*] *cf. Mart. Cap. 9, 893 p. 339, 18* 'atquin' ait 'virgines, quas Phronesis educavit...'

## B

B 1

Hec[1] **BABURRA** -re, idest stultitia, ineptia; inde hic **baburrus** et **baburcus** -a -um, et **babiger** -a -um, idest stultus et ineptus, idem et **baburlus**.

B 2

**BABEL** interpretatur confusio, unde **Babilon** vel **Babilonia**, civitas ubi olim homines turrem edificantes dispersi sunt, immissa divinitus confusione linguarum inter eos, unde **Babilonia** regio et **babilonius** -a -um patrium vel gentile.

B 3

[1] Hic **BACHUS** dicitur deus vini, et ponitur quandoque pro ipso vino; unde hic **baculus** secundum Ysidorum[2] quia a Bacho dicitur repertus, quia homines moti vino baculo innitebantur et adhuc innituntur, vel dicitur a baiulando, sicut postea dicetur; a quo **baculo** -as, idest baculo percutere, quod componitur cum de et dicitur **debaculo** -as, idest valde baculare. Et est activum baculo cum omnibus suis compositis. [2] Et a baculus hic **bacillus** -li diminutivum, quod componitur cum in et dicitur **imbecillus** -a -um, et hic et hec **imbecillis** et hoc -le in eodem sensu, idest sine baculo idest sustentamento virium, idest debilis, fragilis, unde **imbecillo** -as -are, idest debilitare, verbum activum, et inde verbalia.

[3] Item a Bacho **bacheus** -a -um, de Bacho existens, vel sit possessivum, et in eodem sensu **bachicus** -a -um, et hoc **Bachium** -chii festum Bachi; et **bachium** dicitur parvus urceus quo utebantur in festo Bachi ad vinum tenendum, sed postea in usus aquarios transiit; [4] et hic **bachius** quidam pes quo in festis Bachi utebantur, et constat ex prima brevi et dua-

[1] *om. P* [2] *Isid. 20, 13, 1* Baculus a Bacco repertore vitis fertur inventus, quo homines moti vino inniterentur

bus sequentibus longis, et componitur cum anti, quod est contra, et dicitur **antibachius**, pes contrarius bachio; constat enim ex duabus primis longis et tertia brevi. Et idem pes dicitur **palimbachius**, quia iteratus est a Bachio, a palin quod est iterum et bachius.

[5] Item a Bacho hec **bachania** -e, idest furor, et hec **Bachis** -dis, femina colens festum Bachi, scilicet sacerdotissa eius, que et hec **Bacha** dicitur, unde Plautus in Amphitrione[3] 'Bache bachanti si velis adversarier ex insana insaniorem facies'; unde hec **Bacula** -le diminutivum; [6] et eadem dicitur **Bassaris** -dis similiter a Bacho, unde Persius[4] 'et vitulo caput ablatura superbo Bassaris'; vel hec **bassaris**[5] -ris, genus est vestis quam sacerdotes Bacho induebant, unde **Bassaris**[6] -dis, sacerdotissa que illam vestem induebatur, unde hic **Bassareus**, idest Bachus, unde Oratius in Odis[7].

[7] Item a Bachus hoc **bacharium** -rii, quoddam vas vinarium, et idem dicitur hec **bachariva**[8] -e et hec **bascauda**[9] -e, vel dicitur bascauda conca erea; [8] et ab eodem hic **bachio** -nis, quoddam genus suppellectilis simile **trulle**, et **bachor** -aris verbum deponens, idest furere, unde verbalia, et componitur **debachor** -aris, idest valde furere vel a furore cessare. [9] Et pluraliter hec **Bachanalia** -lium vel -liorum festa Bachi, unde Iuvenalis (2, 3) 'qui Curios simulant et Bachanalia vivunt'; [10] et ponitur hic nomen pro adverbio, scilicet **bachanaliter**, idest furiose, idest ad modum sacrificantium Bacho, in cuius festis solent insanire; et hoc **bachinal** -lis, idest torcular, pressorium, unde Plautus in Aularia[10] 'numquid nisi hodie ad bachas veni in bachinal coquinatum'. [11] Invenitur etiam **bacca** per duo -c- pro fructu olive et lauri, et ponitur quandoque pro quolibet fructu et precipue arborum silvestrium. Invenitur etiam **bacca** pro gemma quadam pretiosa, ut ibi[11] 'quis nitido pretium cortice bacca daret'; [12] et inde **baccatus** -a -um, idest baccis illis lapidibus adornatus[12], vel secundum primam significationem, idest fructu baccarum abundans vel pastus; et a bacca hec **baccar** -ris, herba fascinum pellens, unde Virgilius[13] 'baccare cinge caput', et hoc **baccaulum**, feretrum in quo mortui deferuntur.

[3] *703-04* Bacchae bacchanti si velis advorsarier, / ex insana insaniorem facies [4] *1, 100-01* et raptum vitulo caput ablatura superbo / Bassaris [5] vel hec bassaris *om. PR* [6] -ris genus est vestis... bassaris *om. P* [7] *1, 18, 11* non ego te, candide Bassareu [8] *cf. Osb. B xiii* 9 bacharva (bachariva *v. l.*) [9] *cf. Osb. b* 90 barcanda [10] *408* neque ego umquam nisi hodie ad Bacchas veni in bacchanal coquinatum [11] *Avian. 2, 4* quis pretium nitido cortice baca daret [12] *sic La:* adornatum *PRVa* [13] *ecl. 7, 27-28* baccare frontem / cingite

B 4

[1] **BACTRUS** fuit quidam rex Orientis, a cuius nomine et fluvius illius loci dicitur **Bactrus** et civitas **Bactrus** et regio **Bactria**, et populi **Bactriani**; [2] hii dicuntur fuisse ex Scytis[14], qui, de terra sua expulsi, consederunt iuxta predictum flumen. Huius gentis rex fuit Zoroastres, inventor magice artis; [3] et nota quia pro predicta civitate invenitur pluraliter hec **Bactra** -trorum.

B 5

[1] **BADIUS** est equus quem antiqui vadium dicebant. Sed nomina equorum et genera varia sunt et[15] diversa, et diversis de causis imposita; equus generale nomen est omnium equorum, et dicitur equus ab equando, quia olim solebant adequari currui tam secundum vires quam secundum numerum. [2] Caballus dicitur quasi cavallus, quia pede cavat terram, vel quia pedem habeat cavum, ut dextrarius; vel cabo dicitur equus castratus, quasi cavo, et inde caballus quasi diminutivum, scilicet vilis equus; [3] dextrarius dicitur quia per dextram ducitur, palafredus dicitur a passu et leni et freno et ducendo, quia leni passu per frenum ducitur, et idem dicitur gradarius a gradu et diffinitur a gradu: gradarius est equus mollis incessus sine succussatura innitens[16]; idem dicitur mannus, quia manu mittatur et ducatur, vel quia mansuetudinem manuum sequatur; [4] veredus dicitur equus quia vehit redam, badius dicitur equus quasi vadius a vado -dis, quia fortius vadit inter cetera animalia; ipse est spadix, quem fenicatum vocant, et dicitur spadix a colore palme, quam Siculi spadicam vocant; [5] et est glaucus qui quasi pictos habet oculos et quodam splendore perfusos; nam glaucon album Greci dicunt; et est gilvus qui est colore mellino, et est subalbidus scilicet guttatus albis nigris[17] intervenientibus punctis, et est albus qui est cum quodam pallore, et est candidus qui niveus est et pura luce perfusus; [6] et est canus qui ex candido et nigro colore est, et est scutulatus qui quosdam habet orbes albos inter purpureos, et est varius qui habet vias colorum imparium, et est petulus qui tantum pedes habet albos; et est candidus, albus vel calidus: candidus qui habet frontem albam, idem et calidus dicitur; [7] et est cervinus quem vulgus guaranem dicit, qui habet colorem cervi; et idem dicitur admissarius et

[14]*sic* (ex Scytis) *Mo:* exercitus *PRLaAm* ex eis *Va* [15]*sic* (varia sunt et) *LaVa:* variant sed *R* sunt *om. P* [16]*cf. Q 4, 6* [17]albis nigris*: cf. Isid. 12, 1, 50* albus nigris (abbis [sic] nigrisque *v. l.*)

bus sequentibus longis, et componitur cum anti, quod est contra, et dicitur **antibachius**, pes contrarius bachio; constat enim ex duabus primis longis et tertia brevi. Et idem pes dicitur **palimbachius**, quia iteratus est a Bachio, a palin quod est iterum et bachius.

[5] Item a Bacho hec **bachania** -e, idest furor, et hec **Bachis** -dis, femina colens festum Bachi, scilicet sacerdotissa eius, que et hec **Bacha** dicitur, unde Plautus in Amphitrione[3] 'Bache bachanti si velis adversarier ex insana insaniorem facies'; unde hec **Bacula** -le diminutivum; [6] et eadem dicitur **Bassaris** -dis similiter a Bacho, unde Persius[4] 'et vitulo caput ablatura superbo Bassaris'; vel hec **bassaris**[5] -ris, genus est vestis quam sacerdotes Bacho induebant, unde **Bassaris**[6] -dis, sacerdotissa que illam vestem induebatur, unde hic **Bassareus**, idest Bachus, unde Oratius in Odis[7].

[7] Item a Bachus hoc **bacharium** -rii, quoddam vas vinarium, et idem dicitur hec **bachariva**[8] -e et hec **bascauda**[9] -e, vel dicitur bascauda conca erea; [8] et ab eodem hic **bachio** -nis, quoddam genus suppellectilis simile trulle, et **bachor** -aris verbum deponens, idest furere, unde verbalia, et componitur **debachor** -aris, idest valde furere vel a furore cessare. [9] Et pluraliter hec **Bachanalia** -lium vel -liorum festa Bachi, unde Iuvenalis (2, 3) 'qui Curios simulant et Bachanalia vivunt'; [10] et ponitur hic nomen pro adverbio, scilicet **bachanaliter**, idest furiose, idest ad modum sacrificantium Bacho, in cuius festis solent insanire; et hoc **bachinal** -lis, idest torcular, pressorium, unde Plautus in Aularia[10] 'numquid nisi hodie ad bachas veni in bachinal coquinatum'. [11] Invenitur etiam **bacca** per duo -c- pro fructu olive et lauri, et ponitur quandoque pro quolibet fructu et precipue arborum silvestrium. Invenitur etiam **bacca** pro gemma quadam pretiosa, ut ibi[11] 'quis nitido pretium cortice bacca daret'; [12] et inde **baccatus** -a -um, idest baccis illis lapidibus adornatus[12], vel secundum primam significationem, idest fructu baccarum abundans vel pastus; et a bacca hec **baccar** -ris, herba fascinum pellens, unde Virgilius[13] 'baccare cinge caput', et hoc **baccaulum**, feretrum in quo mortui deferuntur.

[3] *703-04* Bacchae bacchanti si velis advorsarier, / ex insana insaniorem facies [4] *1, 100-01* et raptum vitulo caput ablatura superbo / Bassaris [5] vel hec bassaris *om. PR* [6] -ris genus est vestis... bassaris *om. P* [7] *1, 18, 11* non ego te, candide Bassareu [8] *cf. Osb. B xiii* 9 bacharva (bachariva *v. l.)* [9] *cf. Osb. b* 90 barcanda [10] *408* neque ego umquam nisi hodie ad Bacchas veni in bacchanal coquinatum [11] *Avian. 2, 4* quis pretium nitido cortice baca daret [12] *sic La:* adornatum *PRVa* [13] *ecl. 7, 27-28* baccare frontem / cingite

B 4

[1] **BACTRUS** fuit quidam rex Orientis, a cuius nomine et fluvius illius loci dicitur **Bactrus** et civitas **Bactrus** et regio **Bactria**, et populi **Bactriani**; [2] hii dicuntur fuisse ex Scytis[14], qui, de terra sua expulsi, consederunt iuxta predictum flumen. Huius gentis rex fuit Zoroastres, inventor magice artis; [3] et nota quia pro predicta civitate invenitur pluraliter hec **Bactra** -trorum.

B 5

[1] **BADIUS** est equus quem antiqui vadium dicebant. Sed nomina equorum et genera varia sunt et[15] diversa, et diversis de causis imposita; equus generale nomen est omnium equorum, et dicitur equus ab equando, quia olim solebant adequari currui tam secundum vires quam secundum numerum. [2] Caballus dicitur quasi cavallus, quia pede cavat terram, vel quia pedem habeat cavum, ut dextrarius; vel cabo dicitur equus castratus, quasi cavo, et inde caballus quasi diminutivum, scilicet vilis equus; [3] dextrarius dicitur quia per dextram ducitur, palafredus dicitur a passu et leni et freno et ducendo, quia leni passu per frenum ducitur, et idem dicitur gradarius a gradu et diffinitur a gradu: gradarius est equus mollis incessus sine succussatura innitens[16]; idem dicitur mannus, quia manu mittatur et ducatur, vel quia mansuetudinem manuum sequatur; [4] veredus dicitur equus quia vehit redam, badius dicitur equus quasi vadius a vado -dis, quia fortius vadit inter cetera animalia; ipse est spadix, quem fenicatum vocant, et dicitur spadix a colore palme, quam Siculi spadicam vocant; [5] et est glaucus qui quasi pictos habet oculos et quodam splendore perfusos; nam glaucon album Greci dicunt; et est gilvus qui est colore mellino, et est subalbidus scilicet guttatus albis nigris[17] intervenientibus punctis, et est albus qui est cum quodam pallore, et est candidus qui niveus est et pura luce perfusus; [6] et est canus qui ex candido et nigro colore est, et est scutulatus qui quosdam habet orbes albos inter purpureos, et est varius qui habet vias colorum imparium, et est petulus qui tantum pedes habet albos; et est candidus, albus vel calidus: candidus qui habet frontem albam, idem et calidus dicitur; [7] et est cervinus quem vulgus guaranem dicit, qui habet colorem cervi; et idem dicitur admissarius et

[14]*sic* (ex Scytis) *Mo:* exercitus *PRLaAm* ex eis *Va* [15]*sic* (varia sunt et) *LaVa:* variant sed *R* sunt *om. P* [16]*cf.* Q 4, 6 [17]albis nigris: *cf. Isid.* 12, 1, 50 albus nigris (abbis [sic] nigrisque *v. l.*)

emissarius, et est eranes, quia erei sit[18] coloris, et est mirteus, quia est pressus in purpura, et est dosius vel dosinus quasi de asino, quia color eius sit similis asino, et idem dicitur cinereus, quia sit eiusdem coloris cum cinere; [8] et sunt hii, scilicet eranes, mirtei, dosini de agresti genere orti, quos equiferos dicimus, et ideo ad urbanam dignitatem transire non possunt. Et est retrogradus[19] quia retro graditur, et est cespitator, quia leviter obiectis cespitibus ruit, et idem dicitur suffusor vel suffusus, et sternax quia sternitur et sternit insidentem, et est effusus, qui vulgo dicitur rinfusus; [9] et est equus redorsatus a posteriori et est edorsatus ab anteriori, unde solet dici 'trossula trossulam[20] illam vel cappam foricatam et porfiriatam[21] super equum edorsatum[22]'.

B 6
**BAEN**[23], hebraice scutum.

B 7
**BAFER** -fra -frum, grossus, ferinus, agrestis, turgidus, ventricosus.

B 8
[1] **BAIULO** -as, idest portare, sustentare, et dicunt quidam quod est simplex et sic 'i' debet esse duplex consonans; falsus est ergo versus ille[24] 'Cloto colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat': debet enim prima huius verbi baiulo produci. [2] Alii vero dicunt quod est compositum ex basis, quod est illud quod supponitur columne, et Iulus, qui fuit filius Enee, qui baiulatus fuit ab Enea; [3] et inde baiulare quasi Iulum portare et sustentare, sed ponitur simpliciter pro portare; vel baiulare dicitur a basis et Iulus, quia ipse fuit basis et sustentamentum patris; et inde verbalia; [4] et hic **baiulus** -li, quod et pro portatore et pro nutritore et pro baculo ad baiulandum apto dicitur et pro portu, quia ibi merces baiulentur, unde hic et hec **baiularis** et hoc -re, idest iuvenis fortis; [5] et hic **baculus** dicitur a baiulo, unde **bacillus** diminutivum et cetera, que iam superius dicta sunt.

[6] Item a baiulo hec **baionola** -le, idest lectus qui in itinere baiulatur, et hoc **bagulum** frenum, quia eo equus baiulatur, et hic **badius** equus,

[18]*om. P* [19]retrograde *P* [20]*sic Va:* et trossulam *PRLa* [21]*sic* (et porfiriatam) *Va:* porfiria *PRLa* [22]redorsatum *P* [23]*cf. Cremascoli 1990 pp. 81-82* [24]*PLM V 75, 2*

quia nos baiulet, vel dicitur a vado sicut iam dictum est; [7] et **baia** -e portus, unde **Baie** -arum civitas in Italia iuxta mare, quia ibi sit locus[25] portuosus et delectabilis, unde[26] **baianus** -a -um patrium.

[8] Item a baiulo **ballo** -as, idest huc et illuc inclinare, et ponitur quandoque absolute scilicet pro vacillare, unde hec **balluca**, idest bilanx, quia ballatur, idest huc et illuc inclinatur. [9] Item a baiulo hec **vagina** quasi bagina, quia in ea mucro vel gladius baiuletur, unde hic **vaginarius** qui facit vaginas, et **vagino** -as -are, idest facere vaginas, [10] quod componitur cum 'e' et fit **evagino** -as[27], idest extraho de vagina, et cum in et fit **invagino** -as, idest in vaginam mittere, et sunt neutra.

[11] Item a baiulo hec **barca**, parva navis que merces ad litus portat, unde **barcula** et **barcella** diminutiva, et hic **barcarius** qui barcas ducit vel facit; [12] baiulo componitur cum de et fit **debaiulo**, idest deporto, et **subbaiulo** idest subporto; baiulo et composita ab eo omnia sunt activa.

B 9

[1] **BALO** -las verbum neutrum, et est ovium; inde hic **balatus** -tus -tui, et **balbus** -a -um qui verba non explicat: potius enim videtur balare quam loqui; et comparatur -bior -simus, unde **balbe** -bius -sime adverbium; [2] et hec **balbities** vel **balbuties** -ei, et **balbeo** -bes, unde **balbesco** inchoativum, et **balbutio** -tis, idest male et trepide et incongrue loqui. [3] Item a balo **burrus** -a -um, et **blesus** -a -um, idest balbus, vel dicitur blesus quasi fresus, quia verba frangit; quod autem dicitur blesus bucca lesus, ethimologia est, non compositio. [4] Item a balo hic **balatro** -nis, idest clamosus ioculator, unde Oratius in Sermonibus[28]: 'mendici, mime, balatrones', vel balatrones dicuntur prodigi vel leccatores a Servilio Balatrone, cuius mentionem facit in ultimo Sermone[29]; secundum hanc tamen significationem melius dicuntur baratrones a baratro, sicut postea dicetur; [5] et a balo hic et hec et hoc **balans** participium, et hec **balans** -tis pro ove, et componitur balo cum de et dicitur **debalo**, idest valde balare; balo producit primam.

B 10

[1] **BALANON**[30] grece, latine dicitur[31] grande[32], inde hec **balanus**

[25] *om. P* [26] [unde Oratius 'nullus in orbe sinus bais pre lucem amenis', unde *Mo; cf. epist. 1, 1, 83* 'nullus in orbe sinus Bais praelucet amoenis'] [27] -are idest... evagino -as *om. P* [28] *sat. 1, 2, 2* [29] *sat. 2, 8, 21* [30] Balanim *P* [31] *om. P* [32] *cf. Isid. 17, 5, 21* glandes (grande *aliquot codd.*)

quedam arbor et[33], ut dicunt, genus est quercuum, unde hoc **balanum** pro fructu et pro unguento inde facto, unde **balanatus** -a -um, idest balano unctus. [2] Item a balanus vel balanum pluraliter **balanite** -tarum uve vel vites ad instar glandium uvas facientes grandes; unde[34] **balanitides** gemma[35].

B 11

[1] **BALIN** grece, latine iacere sive emittere vel effundere dicitur, unde **balena** dicitur quidam magnus piscis quia effundat et iaciat aquam huc et illuc altius cunctis bestiis marinis[36]; [2] et hec **balista** genus tormenti et videtur esse compositum a balin et hasta; torquetur enim verbere nervorum et iacit hastas et saxa, unde hic **balistarius**, qui[37] facit balistas, vel qui[38] iacit cum eis. Item a balin et funda dicitur **fundibalus** -li, idest cum funda iacens et emittens; et dicitur quoque **fundibalarius** in eodem sensu.

[3] Item a balin hec **balea** -lee, idest funda vel instrumentum quod vulgus vocat balestrum; unde hic **balearius**, et hic **baleator**, idest funditor vel balestrator, unde hic et hec **balearis** et hoc -re, idest cum balea iactabile[39]. [4] Invenitur et **balearis** funda, et derivatur tunc a nomine insule: **Baleros** vel **Balerica** vel **Balearis** insula est Hispanie, et sunt due scilicet Afrosiades et Gemasiades[40] maior et minor, unde et eas vulgus Maioricam et Minoricam vocat; in his insulis primum reperta est funda, unde et balearis dicta est funda et Balearis dicta est insula utraque; [5] a balin greco balea[41], et a balea Baleros vel Balearis vel Balerica, a quo hic et hec **balearis** et hoc -re, gentile.

[6] Item a balin **balestrum**, unde **balestro** -as, idest cum balestro aliquid proicere vel percutere.

B 12

Hec **BALDUCTA** -e dicitur lac pressum a sero, scilicet iuncata, et dicitur balducta quasi valde ducta, quia valde pressa est et ducta[42].

B 13

[1] Hec **BALSAMUS** arbor, unde hoc **balsamum** lignum vel fructus vel liquor eius, et componitur cum opos quod est incisio vel caverna vel

[33]*om. R* [34]*om. R* [35]gemina *P* [36]maris *P* [37]quia *P* [38]quia *P*
[39]*sic LaVa:* iactibile *P* iacibile *R* [40]*cf. Isid. 14, 6, 44* Gymnaside [41]baleo *P*
[42]quia... ducta *om. P*

cortex et dicitur **opobalsamum**, idest cortex balsami vel liquor manans de incisione corticis per cavernas; cortex enim illius ligni percussus ferreis ungulis per cavernas eximii odoris guttam distillat.

[2] Item componitur cum folium et dicitur **foliobalsamum**, idest folium balsami vel liquor manans de tritis foliis illius. Item componitur cum xilo, quod est lignum, et calo quod est similiter[43] lignum et fit **xilobalsamum** vel **calobalsamum**, idest lignum balsami vel liquor manans de ligno eius trito.

[3] Item componitur cum carpos vel xiros, quorum utrumque interpretatur fructus, et fit **carpobalsamum** vel **xirobalsamum**, idest fructus sive semen balsami vel liquor qui fit ex eius fructu sive semine; [4] multiplex ergo unguentum balsamus profert[44]: primum est et pretiosius aliis quod sponte manat de foliis et illud vocatur balsamum, secundum est carpobalsamum vel xirobalsamum, tertium est opobalsamum, quartum est foliobalsamum, quintum est calobalsamum vel xilobalsamum. Et probatur ita si non sit corruptum balsamum: si feratur in manu contra solem perurit carnem, si non sit corruptum. [5] Et a balsamum **balsamatus** -a -um, idest balsamo inunctus quod et potest esse participium. Nam **balsamo** -as est balsamo inungere, et est activum, quod componitur cum in et fit **imbalsamo** idest valde balsamo, similiter activum.

B 14

[1] **BALINON** Greci balneum dicunt, quia anxietatem animi tollat, a balin et noys, quod est mens, quia iaciat anxietatem de mente; hinc **balneum**[45] a levatione[46] meroris dicitur. [2] Invenitur in plurali numero[47] in feminino genere **balnee** -arum. Inde hoc **balneolum** -li, diminutivum, et hoc **balnearium** -rii et hoc **balneatorium**, ambo pro loco in quo balneatur, et[48] **balneo** -as verbum activum cum omnibus suis compositis si aliqua inveniantur.

[3] Item a balneum et lustro -as dicitur hoc **balustrium**, scilicet locus ubi sunt multa balnea, quasi lustratus balneis. [4] Item ab ambio et balneum dicitur hec **ambubaia**, idest femina frequens circa balnea quasi ambiens balnea, unde Oratius in Sermonibus[49] 'ambubaiarum collegia pharmacopole'; vel ambubaia lingua Syrorum dicitur tibia vel simphonia,

[43]simile *P* [44]affert *R* [45]*om. P* [46]*sic La:* lavatione *PRVa* [47]*om. P*
[48]et*:* Item a *P* [49]*sat. 1, 2, 1*

inde ambubaia, idest tibicina vel simphonista; vel ambubaia est compositum ab ambio et Baie, siquidem Baie locus erat amenissimus quem leccatores frequentabant; inde ambubaie quasi frequentantes et ambientes locum illum[50], scilicet leccatrices.

B 15

[1] **BALTEUS**, sed invenitur in plurali et masculini et neutri generis hii **baltei** et hec **baltea**; et est balteus cingulum militare, sic dictus quasi pendens quia ex eo signa dependent ad demonstrandam legionis militaris summam, idest sex milium sexcentorum, ex quo numero et ipsi consistunt; [2] unde et balteus dicitur non tantum quod cingitur, sed etiam a quo arma dependent; unde **balteolus** diminutivum, et **balteatus** -a -um, idest balteo ornatus, et **balterio** -ris -rivi idest cingere, verbum activum.

B 16

**BALACH**[51] interpretatur precipitans sive devorans.

B 17

**BALAAM** interpretatur vanus populus.

B 18

**BAMOTH**[52] interpretatur eventus mortis.

B 19

**BANNITA**[53] sillaba, idest conglutinatio litterarum.

B 20

**BANDUM**[54], parvum vexillum.

B 21

**BANIA**[55] interpretatur orbitas.

B 22

[1] **BAPTISMUS** tinctio[56] interpretatur, dictus a baptes, quod est flu-

[50] *om. P* [51] Balchi *P* [52] *cf. Pap. s. v.* Beemoth [53] *cf. Gloss. V 562, 33* [54] *cf. Gloss. II 28, 40* [55] *cf. Pap. s. v.* bania [56] unctio *R*

men vel aqua vel etiam sacrum, unde **baptisma** -tis idem, et **baptizo** -as verbum activum cum omnibus suis compositis, unde verbalia; [2] et hoc **baptisterium**, idest statio baptismatis, a sterion quod est statio, et dicitur tam pro baptismo quam pro loco, qui et hoc **baptizatorium** dicitur, et hic **baptista** -e, qui baptizat, et videtur esse nomen officii.

B 23

**BAPHIUM** genus purpure est, unde **baphius** -a -um et **baphianus** -a -um, idest purpureus vel textor talis purpure vel venditor sive mercator huiusmodi purpure, et invenitur simpliciter pro mercatore, et hoc **baphium**, locus ubi talis purpura conficitur[57] vel venditur.

B 24

[1] Hic **BARDUS** -di, idest stultus, hebes[58], ineptus, tardus, qui et alio nomine dicitur blennus, unde Cecilius[59] 'nimis audacem nimisque bardum'; **bardus** quoque in alia accipitur significatione scilicet pro cantore laudis vel pro populo, unde Lucanus (1, 449) 'plurima securi fudistis carmina, bardi'; [2] unde et dicti sunt **Longobardi**, vel per sincopam **Lombardi** quasi Longibardi, vel a longis barbis quas solebant nutrire et non tondere, unde **Longobardia vel Lombardia**[60] provincia quam[61] possederunt, a cuius nomine modo sumitur gentile **longobardus** -a -um vel **lombardus** -a -um.

B 25

[1] Hec **BARBA** dicitur[62] quasi varva a viro, quia virorum sit et non mulierum, et est proprie barba hominum, barbe aliorum animalium, unde **barbula** diminutivum, et **barbatus** -a -um, quod et pro sapiente dicitur. Nam olim philosophi in signum sapientie solebant pascere barbam, unde **barbatulus** -a -um, idest parum barbatus.

[2] Item a barba **barbarus** -a -um, crudelis, incultus, stolidus, et est nomen crudelitatis et austeritatis, unde olim gentes omnes dicte sunt barbare preter Grecos et Latinos, unde **barbaricus** -a -um, et **barbaricinus** -a -um in eodem sensu, et hec **barbaries** -ei regio barbarorum, et hec **Barbaria** dicta est quedam terra, que est iuxta Greciam, propter excellentiam

[57]*om. P* [58]idest stultus hebes *om. P* [59]*com.* 250 [60]*om. R* [61]*om. P*
[62]*om. P*

crudelitatis; [3] et a barbarus et mos[63] et fit **barbarismus**, quasi consuetudo et mos barbarorum, scilicet vitium quod consistit in coniunctione litterarum in sillaba vel sillabarum in dictione vel in earum accentibus, quo vitio barbari solebant maxime uti, et ideo ab eorundem consuetudine habuit nomen; [4] vel componitur barbarismus a barba et rure et more, quasi mos et consuetudo barbarorum ruris, quia enim ruricole utpote inculti et duri et rudes incultas solebant habere barbas; ideo ad eius moris similitudinem barbarismus dicitur vitium in dictione, que non est culta sua proprietate.

[5] Item a barbarus et lexis, quod est sermo, dicitur **barbarolexis**, idest aliene lingue corruptio, et differt a barbarismo, quia barbarismus est corruptio proprie lingue, ut si Grecus corrumperet grecam, Latinus latinam, sed barbarolexis est corruptio aliene lingue, ut si Grecus corrumperet latinam vel Latinus grecam; confunditur tamen quandoque hec proprietas.

[6] Item barbarismus, si est in communi sermone sine ratione, vitium est, et est vitandum; si autem in poemate fiat vel in aliquo prosaico dictamine aliqua rationabili de causa, figura erit, et dicetur metaplasmus. Et a barbarus vel barbarismus **barbarizo** -as, crudeliter agere vel barbarismum facere, et ut breviter significatio eius aperiatur, barbarizare est more barbarorum uti in quacumque re.

[7] Item barba componitur cum sterilis et dicitur hic et hec **barbasterilis**, idest duribuccius, scilicet qui nichil loquitur; et cum tondeo et fit **barbitondium**, idest tonsura[64] barbe vel locus ubi tondetur. [8] Item a barba **barbutus** -a -um, qui magnam habet barbam sicut hospitalarii et hyrci, et hic et hec **barbetica**[65], qui vel que dat palmas ad percutiendum, et hic **barbanus**[66], idest patruus.

B 26

[1] **BAR** lingua syra filius, **iona** lingua hebraica columba interpretatur; inde **Bariona** filius columbe; [2] et a bar et tholos, quod est summitas, et moys, quod est aqua, dicitur **Bartholomeus**, secundum interpretationem filius suspendentis aquas, idest Dei, qui mentes doctorum sursum elevat, unde inferius aquas distillat. Vel interpretatur filius suspendentis me; et est syrum nomen et non[67] hebreum.

[63]mons *R* [64]*sic VaMoAm:* consum *PLa* tonsio *R* [65]*sic Va:* barbatica *PRLa cf. Osb. b 274* brabeuta *et Marinoni 1988 p. 647* [66]*sic LaVa:* barbarius *PR* [67]*sic VaMo:* est similiter nomen *PRLaAm cf. Isid. 7, 9,17*

## B 27

[1] **BARI** grece, latine grave et forte, inde hic **barrus** -ri, idest elefans, quia gravis est et fortis, vel est nomen facticium a sono tractum, unde **barrio** -is, idest clamare elefantis, unde hic **barritus** -tus -tui vox elefantis[68]. [2] Item a barrus hoc **ebur** -boris, quia os eius est, unde **eboreus** -a -um et **eburneus** -a -um et **eburnus** -a -um, quod est vel constat ex ebore, sed ponitur pro albo et plano ad modum eboris.

[3] Item a barrus hic **barbitus**, quod et hoc **barbitum** invenitur, scilicet quoddam instrumentum musicum, quasi barritus, quia[69] de ossibus barrorum fiat, unde Martianus[70] 'sentio barbito aurataque cheli personare'; unde hic et hec **barbitista** qui vel que cantat cum barbito.

[4] Item a barrus **barridus**, superbus, et hic **barro** -nis quia, sicut elefans cetera animalia precellit[71] magnitudine, ita barro alios precellit homines; vel, quod melius est, dicitur a bari, quia gravis et fortis homo dicitur barro; et denotat nobilitatem et fortitudinem, quandoque fortitudinem solum. [5] Unde hic **barrunculus** -li diminutivum, et hec **barronissa** uxor barronis vel virago scilicet barronis habens animum.

[6] Item a bari hec **baria**[72], idest gravis, linea a summo sinistre deposita in dextram, et est una de decem figuris accentuum, que pro verborum distinctionibus a Grecis apponuntur; et fit ita: \ ; [7] et hoc **brachium** -chii, quia ceteris membris fortius sit, unde **brachiolum** diminutivum, et **brachiatus** -a -um habens brachia, et hoc **brachiale** -lis torquis in brachio, quod et dextrocherium sive dextrochirium dicitur. [8] Et notandum quod in brachio multe sunt partes. Est ibi torus[73] sive musculus, cubitus et ulna, ala sive ascella sive subhircus et lacertus; lacertus est proprie superior pars vel etiam ipsum totum, scilicet brachium, et dicitur a lacero -as, quia lacerti videntur esse lacerati a toto corpore, unde lacertosus -a -um idest fortis[74], qui magnos et fortes habet lacertos; torus sive musculus est illa pulposa caro que in lacerto est; [9] cubitus est usque ad manum, a cubo -as, quia solent cubare super cubitum in cena, vel dicitur a cubon, quod est firmum, quia firmum membrum sit; ulna secundum quosdam est cubitalis mensura, idem scilicet quod cubitus, secundum alios est extensio utriusque brachii; [10] ala est illa pilosa pars sub brachiis, et dicitur sic quia pilosa sit ut ala vel quia ad instar alarum inde brachia emergant vel

[68] unde hic barritus... elefantis *om. P* [69] *om. P* [70] *1, 36 p. 15, 9-12* sentio... barbito aurataque chely... personare [71] *om. P* [72] *cf. Osb. B xiv, 2* [73] ibi torus: ibrusus *P* [74] *sic Va:* fortis cubitus *PRLa*

moveantur, et eadem pars dicitur ascella, quia ab hoc loco brachia cillentur, idest moventur, et idem locus dicitur subhyrcus quia sit fetidus: habet enim subtus hyrcum, idest fetorem hyrci.

B 28

**BARRABAS** interpretatur filius magistri eorum, a bar quod est filius et rabi quod est magister et ab 'is' pronomine, vel a greco ei equipollenti; inde Barrabas idest filius magistri eorum, procul dubio Iudeorum, magistri, qui est diabolus homicidiorum auctor, qui usque hodie regnat in eis.

B 29

**BARNABAS** interpretatur filius prophete vel filius consolationis, a bar.

B 30

**BARACHIAS**[75] interpretatur benedictus Domini vel benedictus Dominus.

B 31

**BARACH**[76] interpretatur fulgorans.

B 32

**BARACHEI**[77], populi Africe.

B 33

**BARIPTOS** gemma nigra est cum sanguineis et albis notis.

B 34

**BARCHOCABAS** stella: hebreum est.

B 35

**BARDESANISTE**, heretici.

B 36

[1] **BARATRUM** est nomen nimie altitudinis et profunditatis et est dictum baratrum quasi voratrum, idest vorago atra, ex profunditate, quia

[75]*cf. Isid. 7, 8, 29* Barachia [76]*cf. Isid. 7, 6, 53* [77]Barothei *P cf. Gloss. IV 431, 40* Barchei

omnia devorat, [2] et dicitur baratrum quandoque infernus quandoque profundissimus locus inferni, de quo Deus neminem extraxit et de quo dictum est quia in inferno nulla est redemptio, quandoque fossa, quandoque gurges vertiginosus, quandoque venter[78], [3] unde **baratro** -nis leccator, quia omnia baratro[79], idest ventri, committit.

B 37

**BARGINUS** -a -um et hic et hec **barginis** et hoc -ne, idest alienigena, peregrinus, a barbarus et genus vel genitus; vel **bargines** dicuntur fortes in bello, a baro et ago vel genitus, quia ad modum baronum se agant, vel sint fortes quasi essent geniti a baronibus.

B 38

Hic **BARBAROSTOMUS**, qui verba plena barbarismis profert, a barbarismus et tomos, quod est incisio, scilicet os, quasi qui in ore habet barbarismos.

B 39

[1] Hec **BASIS** est nomen fortissime petre lingua Syrorum, unde basis dicitur fultura columnarum, scilicet quod supponitur illis; basis etiam dicitur extremitas[80] plante; [2] et a[81] basis et leos, quod est populus, dicitur **basileos**, quod versum in latinum dicitur **basileus**, idest rex vel imperator, quia est sustentamentum populi, unde **basilia** et **basila** idest regina, et **basiliscus** rex serpentum; [3] et **basilica** regia, scilicet palatium regis, sed modo per translationem dicitur **basilica** ecclesia, quia est palatium summi regis regum; [4] et a[82] basilica dicitur **basilicanus** -a -um, idest palatinus, quod componitur cum sub et dicitur **subbasilicanus** -a -um; **subbasilicani** proprie dicuntur qui habitant circa basilicam et sub alis eius; [5] et a basis **basilica**, herba que et gentiana dicitur, cuius radix dat fortitudinem et sanitatem omnibus utentibus ea; [6] et a basileos **basilice**[83], invicte, fortiter. Plautus in Epidico[84] 'ego vel interii basilice'; et hic **basilicus** iactus in tabula qui fortunatius provenit, unde Plautus[85]: 'iacto basilicum', ' iacit vulturios quatuor'[86].

[78] neuter *P* [79] baratur *P* [80] *sic VaMo:* summitas *cett.* [81] *om. P* [82] *om. P* [83] *om. P* [84] 456 ut ego interii basilice [85] *Curc.* 359 iacto basilicum [86] *Curc.* 357 iacit volturios quattuor

B 40
**BASAN**[87] interpretatur siccitas.

B 41
[1] **BASA** interpretatur pinguedo, unde **bassus** -a -um idest non altus, quia pinguedo non sinit multum in altum crescere, unde **basso** -as verbum activum idest deponere, deprimere, et hec **bassa** -e ovis pinguis, unde hec **bassaris** -dis, et sunt bassarides vacce mulsarie uberes; [2] **Bassarides** etiam, ut dictum est superius, dicuntur sacerdotisse Bachi a Bacho; et a[88] basa **basium**, quia plus delectat in pingui.

B 42
[117] *com. 405-06* Cum ad med expiras (expectas *v. l.*) et fabellare (fabulari *v. l.*) incepis (incipis *v. l.*), / ex ore mi oculis tui bibones (bibiones *v. l.*) involant [118] ad *R* [119] *om. P* [120] quasi... dicitur *om. P* [121] *14, 194, 2* sed qui me vendit bybliopola putat [122] et stabiles *P* [123] *scripsi:* affaton *VaMo* affatonum *PLa* affaltonum *R* alfatonum *Am. cf. Isid. 16, 2, 1* πισσάσφαλτον [124] *141* qui me in terra aeque fortunatus erit, si i. a. m. b. [125] *com. 124*

quia humili solo decurrat, a cuius nomine dicitur hec **Betica** -ce quedam provincia, unde **beticus** -a -um.

B 61

[1] **BETHEL** urbs Samarie prius dicta Luza, sed postquam dormiens ibi Iacob vidit scalam innitentem celo et dixit[113] 'vere hic est domus Dei et porta celi', ex hac causa dictus est ille locus Bethel, idest domus Dei a beth, quod est domus et hel quod est Deus; sed quando ibi a Ieroboam vituli aurei fabricati sunt, dicta est **Bethaven**, idest domus ydoli, que ante vocabatur domus Dei; [2] et a Beth et leem, quod est panis, dicta est **Bethleem**, civitas David in qua natus est salvator mundi; et primum dicta est Eufrata, sed quando Iacob pavit pecora sua, eidem loco Bethleem quodam vaticinio futuri nomen[114] imposuit, quod domus panis interpretatur propter eum panem, qui ibi de celo descendit; et a beth dicitur **Bethania**, quod interpretatur[115] domus obediens.

B 62

[1] **BETH** apud Hebreos dicitur mola olearia, vel etiam beta[116], et beth est secunda littera eorum; et a beth dicunt Greci **beta** secundam litteram, et a beta dicimus nos b; sic ergo beta apud Hebreos est mola olearia, apud Grecos est secunda littera et tunc est neutri generis et indeclinabile, [2] et inde apud nos **beta** dicitur feminino genere genus oleris, scilicet secundus caulis, qui post abscissionem nascitur in magudari, unde **betaceus** -a -um possessivum, et hoc **bletum** aliud genus oleris, quasi vilis beta, et hec **betonica** quedam herba.

B 63

**BETO**, avis que in hospitio servatur, a beth quod est domus.

B 64

[1] **BIBO** -bis -bi verbum neutri generis, bibitum -tu supina, unde **bibulus** -a -um qui multum bibit vel qui multum attrahit humorem ut arena, et hic **bibo** -nis qui multum bibit, [2] et hic et hec et hoc **bibax** -cis idem, et comparatur -cior -simus, unde **bibaciter** -cius -sime adverbium, et hec **bibacitas** -tis, et a bibo hic **bibio** -nis, idest musciones vino super-

[113]*Vulg. gen. 28, 17* non est hic aliud nisi domus Dei et porta caeli [114]*sic La: om. PRVa* [115]propter... interpretatur *om. P* [116][herba beta *Va*]

natantes, unde Afranius[117] 'cum ad me expectas et fabulari incipis ex ore in oculis tuis bibiones involant', [3] et hic **biblus** -bli, iuncus, quia aquarum est **bibulus**, et aliquando dicitur pro libro quia antiqui de iuncis solebant contexere pergamenum et ibi scribere ante quam esset usus carte, et secundum hoc componitur cum teca quod est repositorium vel scrinium ubi aliquid reponitur, [4] et dicitur hec **bibliotheca** idest biblorum theca, idest librorum repositio, scilicet armarium, unde per[118] similitudinem quidam liber in ecclesia dicitur bibliotheca, quia multi libri ibi[119] continentur, [5] et inde hic **bibliothecarius** -rii idest custos librorum, et componitur etiam cum anti quod est contra et dicitur hoc **antibiblium**, idest pignus quod pro codice mutuato datur, quasi contra biblum datum.

[6] Item componitur cum polio et dicitur[120] hic et hec **bibliopola**, idest venditor librorum quia polit et pumicat eos ut carius vendat, unde Martialis Cocus[121] 'sed mea qui vendit bibliopola putat', et idem dicitur **bibliator** -ris. [7] Item a biblus **bibleus** -a -um, et **biblius** -a -um ambo possessiva; **biblei** etiam et **biblii** dicuntur instabiles[122] et etiam qui reparant libros.

[8] Item a bibo hoc **bitumen** -nis, quoddam genus terre utilis ad compages navium, quod et gluten dicitur et abundat in Asfalto lacu Iudee, et hoc Greci vocant spissa asfalton[123], [9] unde **bitumineus** -a -um idest existens de bitumine vel litus de bitumine, et **bituminatus** -a -um litus bitumine, et hec **bituligo** -ginis idest vimen minutum quod in bitumine crescit, et **bito** -as verbum neutrum, idest pergere, unde Plautus in Curculione[124] 'quis michi in terra eque fortunatus, si illa ad me bitet'. [10] Item a bibo **bilbo** vel **bilbio** -bis verbum neutrum, idest sonitum facere ad similitudinem novi musti vel nove cervisie quando spumescit in dolio; proprie enim vinum dicitur bilbire quando spumat et spumando sonat, unde Nevius[125] 'bilbit amphora' inquit; et hec **bibera** -re superfluitas bibendi; [11] bibo componitur cum ad et dicitur **adbibo**, idest iterum bibo vel iuxta vel ad me traho bibendo, et cum con- et dicitur **combibo**, idest simul cum alio vel simul totum bibo, vel sepe bibo, vel in me attra-

[117] *com. 405-06* Cum ad med expiras (expectas *v. l.*) et fabellare (fabulari *v. l.*) incepis (incipis *v. l.*), / ex ore mi oculis tui bibones (bibiones *v. l.*) involant [118] ad *R* [119] *om. P* [120] quasi... dicitur *om. P* [121] *14, 194, 2* sed qui me vendit bybliopola putat [122] et stabiles *P* [123] *scripsi:* affaton *VaMo* affatonum *PLa* affaltonum *R* alfatonum *Am. cf. Isid. 16, 2, 1* πισσάσφαλτον [124] *141* qui me in terra aeque fortunatus erit, si i. a. m. b. [125] *com. 124*

quia humili solo decurrat, a cuius nomine dicitur hec **Betica** -ce quedam provincia, unde **beticus** -a -um.

B 61

[1] **BETHEL** urbs Samarie prius dicta Luza, sed postquam dormiens ibi Iacob vidit scalam innitentem celo et dixit[113] 'vere hic est domus Dei et porta celi', ex hac causa dictus est ille locus Bethel, idest domus Dei a beth, quod est domus et hel quod est Deus; sed quando ibi a Ieroboam vituli aurei fabricati sunt, dicta est **Bethaven**, idest domus ydoli, que ante vocabatur domus Dei; [2] et a Beth et leem, quod est panis, dicta est **Bethleem**, civitas David in qua natus est salvator mundi; et primum dicta est Eufrata, sed quando Iacob pavit pecora sua, eidem loco Bethleem quodam vaticinio futuri nomen[114] imposuit, quod domus panis interpretatur propter eum panem, qui ibi de celo descendit; et a beth dicitur **Bethania**, quod interpretatur[115] domus obediens.

B 62

[1] **BETH** apud Hebreos dicitur mola olearia, vel etiam beta[116], et beth est secunda littera eorum; et a beth dicunt Greci **beta** secundam litteram, et a beta dicimus nos b; sic ergo beta apud Hebreos est mola olearia, apud Grecos est secunda littera et tunc est neutri generis et indeclinabile, [2] et inde apud nos **beta** dicitur feminino genere genus oleris, scilicet secundus caulis, qui post abscissionem nascitur in magudari, unde **betaceus** -a -um possessivum, et hoc **bletum** aliud genus oleris, quasi vilis beta, et hec **betonica** quedam herba.

B 63

**BETO**, avis que in hospitio servatur, a beth quod est domus.

B 64

[1] **BIBO** -bis -bi verbum neutri generis, bibitum -tu supina, unde **bibulus** -a -um qui multum bibit vel qui multum attrahit humorem ut arena, et hic **bibo** -nis qui multum bibit, [2] et hic et hec et hoc **bibax** -cis idem, et comparatur -cior -simus, unde **bibaciter** -cius -sime adverbium, et hec **bibacitas** -tis, et a bibo hic **bibio** -nis, idest musciones vino super-

[113]*Vulg. gen. 28, 17* non est hic aliud nisi domus Dei et porta caeli [114]*sic La: om. PRVa* [115]propter... interpretatur *om. P* [116][herba beta *Va*]

natantes, unde Afranius[117] 'cum ad me expectas et fabulari incipis ex ore in oculis tuis bibiones involant', [3] et hic **biblus** -bli, iuncus, quia aquarum est bibulus, et aliquando dicitur pro libro quia antiqui de iuncis solebant contexere pergamenum et ibi scribere ante quam esset usus carte, et secundum hoc componitur cum teca quod est repositorium vel scrinium ubi aliquid reponitur, [4] et dicitur hec **bibliotheca** idest biblorum theca, idest librorum repositio, scilicet armarium, unde per[118] similitudinem quidam liber in ecclesia dicitur bibliotheca, quia multi libri ibi[119] continentur, [5] et inde hic **bibliothecarius** -rii idest custos librorum, et componitur etiam cum anti quod est contra et dicitur hoc **antibiblium**, idest pignus quod pro codice mutuato datur, quasi contra biblum datum.

[6] Item componitur cum polio et dicitur[120] hic et hec **bibliopola**, idest venditor librorum quia polit et pumicat eos ut carius vendat, unde Martialis Cocus[121] 'sed mea qui vendit bibliopola putat', et idem dicitur **bibliator** -ris. [7] Item a biblus **bibleus** -a -um, et **biblius** -a -um ambo possessiva; **biblei** etiam et **biblii** dicuntur instabiles[122] et etiam qui reparant libros.

[8] Item a bibo hoc **bitumen** -nis, quoddam genus terre utilis ad compages navium, quod et gluten dicitur et abundat in Asfalto lacu Iudee, et hoc Greci vocant spissa asfalton[123], [9] unde **bitumineus** -a -um idest existens de bitumine vel litus de bitumine, et **bituminatus** -a -um litus bitumine, et hec **bituligo** -ginis idest vimen minutum quod in bitumine crescit, et **bito** -as verbum neutrum, idest pergere, unde Plautus in Curculione[124] 'quis michi in terra eque fortunatus, si illa ad me bitet'. [10] Item a bibo **bilbo** vel **bilbio** -bis verbum neutrum, idest sonitum facere ad similitudinem novi musti vel nove cervisie quando spumescit in dolio; proprie enim vinum dicitur bilbire quando spumat et spumando sonat, unde Nevius[125] 'bilbit amphora' inquit; et hec **bibera** -re superfluitas bibendi; [11] bibo componitur cum ad et dicitur **adbibo**, idest iterum bibo vel iuxta vel ad me traho bibendo, et cum con- et dicitur **combibo**, idest simul cum alio vel simul totum bibo, vel sepe bibo, vel in me attra-

[117]*com. 405-06* Cum ad med expiras (expectas *v. l.*) et fabellare (fabulari *v. l.*) incepis (incipis *v. l.*), / ex ore mi oculis tui bibones (bibiones *v. l.*) involant [118]ad *R* [119]*om. P* [120]quasi... dicitur *om. P* [121]*14, 194, 2* sed qui me vendit bybliopola putat [122]et stabiles *P* [123]*scripsi:* affaton *VaMo* affatonum *PLa* affaltonum *R* alfatonum *Am. cf. Isid. 16, 2, 1* πισσάσφαλτον [124]*141* qui me in terra aeque fortunatus erit, si i. a. m. b. [125]*com. 124*

quia humili solo decurrat, a cuius nomine dicitur hec **Betica** -ce quedam provincia, unde **beticus** -a -um.

B 61

[1] **BETHEL** urbs Samarie prius dicta Luza, sed postquam dormiens ibi Iacob vidit scalam innitentem celo et dixit[113] 'vere hic est domus Dei et porta celi', ex hac causa dictus est ille locus Bethel, idest domus Dei a beth, quod est domus et hel quod est Deus; sed quando ibi a Ieroboam vituli aurei fabricati sunt, dicta est **Bethaven**, idest domus ydoli, que ante vocabatur domus Dei; [2] et a Beth et leem, quod est panis, dicta est **Bethleem**, civitas David in qua natus est salvator mundi; et primum dicta est Eufrata, sed quando Iacob pavit pecora sua, eidem loco Bethleem quodam vaticinio futuri nomen[114] imposuit, quod domus panis interpretatur propter eum panem, qui ibi de celo descendit; et a beth dicitur **Bethania**, quod interpretatur[115] domus obediens.

B 62

[1] **BETH** apud Hebreos dicitur mola olearia, vel etiam beta[116], et beth est secunda littera eorum; et a beth dicunt Greci **beta** secundam litteram, et a beta dicimus nos b; sic ergo beta apud Hebreos est mola olearia, apud Grecos est secunda littera et tunc est neutri generis et indeclinabile, [2] et inde apud nos **beta** dicitur feminino genere genus oleris, scilicet secundus caulis, qui post abscissionem nascitur in magudari, unde **betaceus** -a -um possessivum, et hoc **bletum** aliud genus oleris, quasi vilis beta, et hec **betonica** quedam herba.

B 63

**BETO**, avis que in hospitio servatur, a beth quod est domus.

B 64

[1] **BIBO** -bis -bi verbum neutri generis, bibitum -tu supina, unde **bibulus** -a -um qui multum bibit vel qui multum attrahit humorem ut arena, et hic **bibo** -nis qui multum bibit, [2] et hic et hec et hoc **bibax** -cis idem, et comparatur -cior -simus, unde **bibaciter** -cius -sime adverbium, et hec **bibacitas** -tis, et a bibo hic **bibio** -nis, idest musciones vino super-

[113]*Vulg. gen. 28, 17* non est hic aliud nisi domus Dei et porta caeli [114]*sic La: om. PRVa* [115]propter... interpretatur *om. P* [116][herba beta *Va*]

natantes, unde Afranius[117] 'cum ad me expectas et fabulari incipis ex ore in oculis tuis bibiones involant', [3] et hic **biblus** -bli, iuncus, quia aquarum est bibulus, et aliquando dicitur pro libro quia antiqui de iuncis solebant contexere pergamenum et ibi scribere ante quam esset usus carte, et secundum hoc componitur cum teca quod est repositorium vel scrinium ubi aliquid reponitur, [4] et dicitur hec **bibliotheca** idest biblorum theca, idest librorum repositio, scilicet armarium, unde per[118] similitudinem quidam liber in ecclesia dicitur bibliotheca, quia multi libri ibi[119] continentur, [5] et inde hic **bibliothecarius** -rii idest custos librorum, et componitur etiam cum anti quod est contra et dicitur hoc **antibiblium**, idest pignus quod pro codice mutuato datur, quasi contra biblum datum.

[6] Item componitur cum polio et dicitur[120] hic et hec **bibliopola**, idest venditor librorum quia polit et pumicat eos ut carius vendat, unde Martialis Cocus[121] 'sed mea qui vendit bibliopola putat', et idem dicitur **bibliator** -ris. [7] Item a biblus **bibleus** -a -um, et **biblius** -a -um ambo possessiva; **biblei** etiam et **biblii** dicuntur instabiles[122] et etiam qui reparant libros.

[8] Item a bibo hoc **bitumen** -nis, quoddam genus terre utilis ad compages navium, quod et gluten dicitur et abundat in Asfalto lacu Iudee, et hoc Greci vocant spissa asfalton[123], [9] unde **bitumineus** -a -um idest existens de bitumine vel litus de bitumine, et **bituminatus** -a -um litus bitumine, et hec **bituligo** -ginis idest vimen minutum quod in bitumine crescit, et **bito** -as verbum neutrum, idest pergere, unde Plautus in Curculione[124] 'quis michi in terra eque fortunatus, si illa ad me bitet'. [10] Item a bibo **bilbo** vel **bilbio** -bis verbum neutrum, idest sonitum facere ad similitudinem novi musti vel nove cervisie quando spumescit in dolio; proprie enim vinum dicitur bilbire quando spumat et spumando sonat, unde Nevius[125] 'bilbit amphora' inquit; et hec **bibera** -re superfluitas bibendi; [11] bibo componitur cum ad et dicitur **adbibo**, idest iterum bibo vel iuxta vel ad me traho bibendo, et cum con- et dicitur **combibo**, idest simul cum alio vel simul totum bibo, vel sepe bibo, vel in me attra-

[117] *com. 405-06* Cum ad med expiras (expectas *v. l.*) et fabellare (fabulari *v. l.*) incepis (incipis *v. l.*), / ex ore mi oculis tui bibones (bibiones *v. l.*) involant [118] ad *R* [119] *om. P* [120] quasi... dicitur *om. P* [121] *14, 194, 2* sed qui me vendit bybliopola putat [122] et stabiles *P* [123] *scripsi:* affaton *VaMo* affatonum *PLa* affaltonum *R* alfatonum *Am. cf. Isid. 16, 2, 1* πισσάσφαλτον [124] *141* qui me in terra aeque fortunatus erit, si i. a. m. b. [125] *com. 124*

quia humili solo decurrat, a cuius nomine dicitur hec **Betica** -ce quedam provincia, unde **beticus** -a -um.

B 61

[1] **BETHEL** urbs Samarie prius dicta Luza, sed postquam dormiens ibi Iacob vidit scalam innitentem celo et dixit[113] 'vere hic est domus Dei et porta celi', ex hac causa dictus est ille locus Bethel, idest domus Dei a beth, quod est domus et hel quod est Deus; sed quando ibi a Ieroboam vituli aurei fabricati sunt, dicta est **Bethaven**, idest domus ydoli, que ante vocabatur domus Dei; [2] et a Beth et **leem**, quod est panis, dicta est **Bethleem**, civitas David in qua natus est salvator mundi; et primum dicta est Eufrata, sed quando Iacob pavit pecora sua, eidem loco Bethleem quodam vaticinio futuri nomen[114] imposuit, quod domus panis interpretatur propter eum panem, qui ibi de celo descendit; et a beth dicitur **Bethania**, quod interpretatur[115] domus obediens.

B 62

[1] **BETH** apud Hebreos dicitur mola olearia, vel etiam beta[116], et beth est secunda littera eorum; et a beth dicunt Greci **beta** secundam litteram, et a beta dicimus nos b; sic ergo beta apud Hebreos est mola olearia, apud Grecos est secunda littera et tunc est neutri generis et indeclinabile, [2] et inde apud nos **beta** dicitur feminino genere genus oleris, scilicet secundus caulis, qui post abscissionem nascitur in magudari, unde **betaceus** -a -um possessivum, et hoc **bletum** aliud genus oleris, quasi vilis beta, et hec **betonica** quedam herba.

B 63

**BETO**, avis que in hospitio servatur, a beth quod est domus.

B 64

[1] **BIBO** -bis -bi verbum neutri generis, bibitum -tu supina, unde **bibulus** -a -um qui multum bibit vel qui multum attrahit humorem ut arena, et hic **bibo** -nis qui multum bibit, [2] et hic et hec et hoc **bibax** -cis idem, et comparatur -cior -simus, unde **bibaciter** -cius -sime adverbium, et hec **bibacitas** -tis, et a bibo hic **bibio** -nis, idest musciones vino super-

[113]*Vulg. gen. 28, 17* non est hic aliud nisi domus Dei et porta caeli [114]*sic La: om. PRVa* [115]propter... interpretatur *om. P* [116][herba beta *Va*]

natantes, unde Afranius[117] 'cum ad me expectas et fabulari incipis ex ore in oculis tuis bibiones involant', [3] et hic **biblus** -bli, iuncus, quia aquarum est bibulus, et aliquando dicitur pro libro quia antiqui de iuncis solebant contexere pergamenum et ibi scribere ante quam esset usus carte, et secundum hoc componitur cum teca quod est repositorium vel scrinium ubi aliquid reponitur, [4] et dicitur hec **bibliotheca** idest biblorum theca, idest librorum repositio, scilicet armarium, unde per[118] similitudinem quidam liber in ecclesia dicitur bibliotheca, quia multi libri ibi[119] continentur, [5] et inde hic **bibliothecarius** -rii idest custos librorum, et componitur etiam cum anti quod est contra et dicitur hoc **antibiblium**, idest pignus quod pro codice mutuato datur, quasi contra biblum datum.

[6] Item componitur cum polio et dicitur[120] hic et hec **bibliopola**, idest venditor librorum quia polit et pumicat eos ut carius vendat, unde Martialis Cocus[121] 'sed mea qui vendit bibliopola putat', et idem dicitur **bibliator** -ris. [7] Item a biblus **bibleus** -a -um, et **biblius** -a -um ambo possessiva; **biblei** etiam et **biblii** dicuntur instabiles[122] et etiam qui reparant libros.

[8] Item a bibo hoc **bitumen** -nis, quoddam genus terre utilis ad compages navium, quod et gluten dicitur et abundat in Asfalto lacu Iudee, et hoc Greci vocant spissa asfalton[123], [9] unde **bitumineus** -a -um idest existens de bitumine vel litus de bitumine, et **bituminatus** -a -um litus bitumine, et hec **bituligo** -ginis idest vimen minutum quod in bitumine crescit, et **bito** -as verbum neutrum, idest pergere, unde Plautus in Curculione[124] 'quis michi in terra eque fortunatus, si illa ad me bitet'. [10] Item a bibo **bilbo** vel **bilbio** -bis verbum neutrum, idest sonitum facere ad similitudinem novi musti vel nove cervisie quando spumescit in dolio; proprie enim vinum dicitur bilbire quando spumat et spumando sonat, unde Nevius[125] 'bilbit amphora' inquit; et hec **bibera** -re superfluitas bibendi; [11] bibo componitur cum ad et dicitur **adbibo**, idest iterum bibo vel iuxta vel ad me traho bibendo, et cum con- et dicitur **combibo**, idest simul cum alio vel simul totum bibo, vel sepe bibo, vel in me attra-

[117]*com.* 405-06 Cum ad med expiras *(*expectas *v. l.)* et fabellate *(*fabulari *v. l.)* incepis *(*incipis *v. l.)*, / ex ore mi oculis tui bibones *(*bibiones *v. l.)* involant [118]ad *R* [119]*om. P* [120]quasi... dicitur *om. P* [121]*14, 194, 2* sed qui me vendit bybliopola putat [122]et stabiles *P* [123]*scripsi:* affaton *VaMo* affatonum *PLa* affaltonum *R* alfatonum *Am. cf. Isid. 16, 2, 1* πισσάσφαλτον [124]*141* qui me in terra aeque fortunatus erit, si i. a. m. b. [125]*com. 124*

ho, unde **combibiosus** -a -um qui frequenter cum alio bibit; [12] et cum circum et dicitur **circumbibo**, idest ex omni parte bibo, et cum de et dicitur **debibo**, idest valde bibo vel deorsum; vel debibere idest evomere et tenetur 'de' privative; [13] et cum e et dicitur **ebibo**, idest valde bibo vel evomo vel trado oblivioni; et cum in et dicitur **imbibo** -bis, idest valde bibo vel intus bibo vel bibendo immitto; [14] et cum pre et dicitur **prebibo**, idest ante bibo vel pre aliis bibo, et cum pro et dicitur **probibo**, idest in conspectu vel procul bibo; et cum re- et dicitur **rebibo**, idest iterum bibo vel evomo; [15] et cum se- et dicitur **sebibo**, idest seorsum bibo, et cum sub et dicitur **subbibo**, idest parum bibo, vel post alios bibo vel subtus bibo vel que subtus sunt bibo; et nota quod bibo et omnia composita ab eo sunt neutra et faciunt preteritum in bibi et supinum in bibitum, et omnia corripiunt bi tam in presenti quam in preterito et supino.

[16] Item omnia composita ab eo videntur notare intensionem, excepto subbibo, quod significat remissionem, et omnia predicantur de Anglicis preter subbibo, quod removetur ab eis secundum quod dicitur subbibo, idest parum bibo. Item nota quod bibere nature est, potare luxurie.

B 65

[1] **BIS** adverbium numeri sumptum a numerali, a duobus, inde[126] per compositionem **binus** -a -um nomen distributivum, quod in singulari tantum valet quantum duo, ut 'bina lectio' idest duo lectiones, sed in plurali tenetur distributive proprie, ut 'isti incedunt bini', et quandoque tantum valet in plurali quantum et in singulari, ut 'vidi binos homines', idest duos, et est[127] compositum binus a bis et unus, inde binus quasi biunus, idest bis unus; [2] et a binus hic **binarius** -rii, talis numerus, et **binarius** -a -um adiective, et **bino** -as et **bimo**[128] -as verba activa, et differunt; [3] nam binare est duo et duo[129] insimul coniungere, et componitur **combino** -as in eodem sensu, sed bimare est duplicare.

[4] Item bis componitur cum annus et dicitur **bimus** -a -um, idest duorum annorum quasi bis annuus, et inde **bimulus** -a -um diminutivum, et hic **bimatus** -tus -tui, idest spatium duorum annorum, unde legitur quod Herodes occidit omnes pueros in Bethleem a bimatu et infra. [5] Item a bis et iugum componitur **biga**, que etiam **biiuga** dicitur, scilicet currus tantum a duobus equis tractus; et biga est proprie Lune propter duas eius

[126] inde et *R*   [127] *om. R*   [128] binio *P*   [129] et duo *om. P*

proprietates, scilicet quia crescit et decrescit; triga Plutonis, quia rapit homines tribus etatibus: pueritia, iuventute, senectute; [6] quadriga Solis, propter quatuor tempora anni, que facit vicinitate vel remotione sua, scilicet ver, estatem, autumnum et hyemem, vel propter quatuor proprietates quas habet in die: rubet enim in mane, splendet in tertia, calet in meridie, tepescit in nona, a quibus proprietatibus quatuor eius equi denominantur. [7] Primus dicitur Acteus vel Eous, idest rubens; eos enim est aurora vel oriens; secundus dicitur Ericteus vel Pirous, idest splendens, a pir quod est ignis; tertius Lampus vel Phlegon, idest fervens, a phos quod est ignis; quartus Ethon, idest tepens vel Philogeus, idest amans terram, a philos quod est amor et ge[130] quod est terra, quia tunc tendit ad occasum. [8] Seiuga currus Iovis a sex et iugo, quia a sex equis trahitur et attribuitur Iovi utpote summo deo; et ita biga, triga, quadriga, seiuga dicuntur a numero equorum et iugo; et a biga vel biiuga **biiugus** -a -um, et hic et hec **biiugis** et hoc -ge in eodem sensu, [9] et substantive declinata inveniuntur hic **biiugus** -gi et hic et hec **biiugis** -gis, et dicuntur biiugi vel biiuges equi qui trahunt bigam vel quia duo sunt ad iugum, et secundum hoc[131] componitur biugus vel biiugis a bis et iugo.

[10] Item a bis hec **bibix** -cis, idest pugna, quia semper inter duas partes fiat, et **bilis** -lis idest fellis et ire sedes, vel ex fellis commotione procedens amaricatio, et ponitur quandoque pro ipso felle et pro quolibet nigro et malo humore, quandoque pro ira, unde Persius (3, 8) 'turgescit vitrea bilis'; [11] et inde **biliosus**[132] -a -um qui frequenter irascitur et semper est tristis, et ab bis et gamos, quod est mulier vel uxor, dicitur **bigamus**, qui duas habet vel habuit uxores; [12] et dicitur **bimarcus** a bis et maritus, quia bis fuit maritus, vel a bis et marceo quia bis marcuit; luxuria enim facit hominem marcere; et inde hec **bigamia** -e talis proprietas et eadem dicitur **bimarcia**.

[13] Item bis componitur cum licium et dicitur hec **bilix** -cis, idest lorica, quia texitur ponendo licium super licium, unde hic et hec **bilicis** et hoc -ce; [14] et cum penna et dicitur hec **bipennis**, quia duas habet pennas ante et retro, et adiective declinatur hic et hec **bipennis** et hoc -ne, vel componitur a bis et pennum, quod antiqui dicebant acutum, quia habet duas pennas, idest acutas partes, unde et avium dicuntur penne quia sint acute, et hec dolabra dicitur quia duo habeat labra: nam securis simplex

[130] geos *R* [131] *om. P* [132] *sic Va:* bilosus *PRLa*

est; [15] et cum vir et dicitur hec **bivira**, que duos habet vel habuit maritos, et cum thanatos, quod est mortuus, et dicitur hic **biothanatus** -ti ille qui bis extitit mortuus[133], ut Lazarus; [16] et cum fores et dicitur pluraliter hee **bifores** -rium, idest duplices valve, quia bina foramina faciant, unde hic et hec **biforis** et hoc -re, idest duplex, unde Ovidius in V Metamorphoseos (2, 4) 'bifores radiabant lumine valve'; [17] et cum germen et dicitur hoc **bigermen** -nis, idest seges vel legumen ex duobus germinibus commixtum; et cum gens et dicitur hic et hec et hoc **bigens** -tis, qui ex duabus gentibus natus est sicut ex patre tusco et ex[134] matre franca; [18] et cum genus et dicitur **bigenus** -a -um, ut bigena animalia dicuntur que ex diversis generibus nascuntur, ut mulus ex equa et asino, burdo ex equo et asina, ybride[135] ex apris et porcis, titirus ex ove et hyrco, musmo[136] ex capra et ariete: est enim dux gregis; [19] et cum cella et dicitur hoc **bicellium**, quod et **biclinium** dicitur, scilicet domus duas sub se habens cellas, sicut domus mercatorum in urbe; [20] et cum for faris et dicitur **bifarius** -a -um, idest gemine et dupliciter loquens, scilicet bilinguis, qui duas novit linguas, vel duplex et fallax qui aliud habet in corde quam proferat in ore, unde **bifarie** idest duobus modis vel ex duabus partibus; [21] et cum idea, quod est forma, et dicitur **bitidus**[137] -a -um, idest biformis vel quantum ad corpus vel quantum ad animum; et cum facies et dicitur hic et hec **bifax** -cis, qui duos habet obtutus; [22] et cum plica et dicitur **biplex**, idest duplex, alterplex, unde **biplicitas**, duplicitas, alterplicitas; componitur quandoque bis cum multis aliis partibus, de quibus in suis[138] congruentius dicemus locis.

B 66

Hec **BISSUS** -si, genus quoddam lini candidissimi et mollissimi quod Greci papatem vocant, unde **bissinus** -a -um, ut 'bissina vestis', idest candida, facta ex bisso.

B 67

[1] **BIRSA**, cloaca vel corium bovis, unde et Cartago olim dicta est **Birsa**, quia fuit circumdata corio bovis, unde dicitur **bursa** quia de corio

[133]et dicitur hic... mortuus *om. P* [134]*om. R* [135]*sic MoAm:* ybridus (ibris *in marg.*) *P* ybris *R* ybridus (*ex* ybride) *La* ybrido *Va* [136]musso *P* [137]bitideus *R* [138]in suis: in supradictis in suis *P*

fiat[139], [2] unde **bursula** et **bursella** ambo diminutiva, et **burso** -as, idest bursas facere vel in bursa reponere, et componitur cum in et dicitur **imbursare**, in bursa reponere[140], et a birsa **birsus**[141] -a -um, rufus vel niger.

B 68

[1] Hoc **BIRRUM** grossum vestimentum et dicitur a greco, nam birrum dicunt Greci bibrum, unde **birrosus** -a -um, et **birratus** -a -um, idest birro indutus, [2] et hic **Birria** quia viliter erat indutus, vel Birria quasi viria 'u' in 'b', quia viriliter consulebat domino suo.

B 69

Hec **BIGERA**[142], vestis villosa.

B 70

**BISSINUARE**, idest bis transire, a bis et sinuo -as.

B 71

**BITALASSUM**, vestigium in luto impressum vel concursus duorum marium, vel locus ubi duo maria concurrunt, a bis et talassum, quod est mare.

B 72

**BIMALCUS**[143], Liber pater.

B 73

**BIARCES**[144], gens Africe.

B 74

**BIZACENA** regio ex duobus nobilissimis oppidis nomen sortita est.

B 75

**BITEMON**, nomen Gigantis, et **Bialcis**[145] similiter.

[139]fit *P* [140]et componitur... reponere *om. P* [141]*cf. Gloss.*$^{L}$ *V 33, BI 33* byrsus
[142]bigar *P* [143]*cf. Gloss. IV 212, 7* [144]*cf. Gloss. IV 489, 4* [145]Bialcifi *P*

B 76

**BITINIA** regio est et civitas condita a Fenice, que prius Mirandina[146] vocabatur.

B 77

**BITURICA**[147] vitis vel uva, sic dicta a regione, turbines et pluvias et calores fortissime sustinens, nec in macra terra deficiens; huius meriti est et basilica.

B 78

**BIDELLA**[148], Indie et Arabie arbor.

B 79

**BISPILLUS**, ubi mortuus portatur.

B 80

**BILUMBIUS**[149], sussurro.

B 81

Hec[150] **BIZANTE** vel **Bizantium** olim dicta est Constantinopolis, unde **bizanteus** -a -um, et **bizantius** -a -um; et adhuc moneta illius civitatis dicitur hic **bizanteus** vel **bizantius**.

B 82

[1] **BOLE** idest sententia sicut bele dicitur mens, et componitur[151] cum sios, quod lingua eolica dicitur deus, et fit **Sibilla** quasi sios bole vel bele, idest divina sententia vel dei[152] mens, et est nomen appellativum Sibilla, quasi prophetissa, et fuerunt X Sibille; [2] quelibet tamen prophetissa potest dici Sibilla, quia dei sententiam[153] vel mentem hominibus[154] interpretatur; ille tamen[155] decem dicte[156] sunt Sibille quasi antonomasice, unde **sibillinus** -a -um. [3] Et a bole et yper, quod est super, dicitur **yperbole**, elatio[157], quedam figura quasi super sententiam, super veritatem, cum aliquis loquitur excedendo veritatem: ut 'iste est durior saxo'; unde

[146] *cf. Isid. 15, 1, 41* Mariandyna (mirandina *v. l.*) [147] *cf. Isid. 17, 5, 22* [148] *cf. Isid. 17, 8, 6* Bdellium (Bidella *v. l.*) [149] *cf. Osb. b 278* bilimbius [150] *om. P* [151] *om. P* [152] deus *P* [153] scientia *P* [154] omnibus *P* [155] ille tamen *om. P* [156] *om. P* [157] prolatio *P*

yperbolicus -a -um, excedens veritatem, elatus. [4] Et a bole et amphi, quod est circum, dicitur **amphibolia**[158], ambiguitas sententie[159]; sed **amphibologia** est ambiguitas constructionis propter similitudinem in accidentibus[160] cum[161] ambiguitate sententie, ab amphi, quod est circum, et bole et logos quod est sermo, unde **amphibolus** -a -um, et **amphiboloycus** -a -um, et **amphibolicus** -a -um; [5] et a bole et para, quod est iuxta, dicitur **parabola**, idest similitudo vel comparatio ex dissimilibus rebus, sicut est cum Lucanus[162] comparat Cesarem leoni non ex suo sed ex alio genere similitudinem faciens, et dicitur parabola quasi iuxta sententiam; [6] non enim est sententia que sonat, sed est iuxta sententiam; unde **parabolicus** -a -um, idest similitudinarius -a -um.

B 83

[1] **BONUS** -a -um est primitivum vel derivatur a venus, et dicitur bonus quasi vonus a venustate corporis; postea ad animum est hoc nomen translatum: eum enim bonum dicimus cui non prevalet malum, eumque optimum qui peccat minimum; [2] et a bonus hec **bonitas**, et **bellus** -a -um diminutivum, idest aliquantulum bonus, et comparatur bellior -simus, unde **belle** -lius -sime adverbium; [3] et **bellulus** -a -um diminutivum belli, a quo **bellatulus** -a -um diminutivum belluli, idest aliquantulum bellulus, unde Plautus[163] 'bella bellatula est' inquit; et a bellus hoc **bellarium** -rii, idest omne genus cibi secunde mense sicut sunt poma et nuces que extremius afferuntur; [4] prima quidem mensa est carnium, secunda est fructuum, sed carnes prevalent fructibus, ideoque bellarium sumitur a diminuto[164] ut notetur diminutio bonitatis, unde Macrobius in Saturnalibus[165] 'adhuc dicente Furio secunde mense ablata sunt bellaria'. Hinc etiam Varro[166] ait 'bellaria ea maxime sunt mellita, que mellita non sunt'.

[5] Item a bonus **bene** adverbium, unde **benignus** -a -um, idest bene ignitus, et est ethimologia et non compositio, quod comparatur -gnior -simus, unde **benigne** -ius -sime adverbium, et hec **benignitas** -tis, et differt a bonitate; [6] benignitas enim est virtus sponte ad benefaciendum exposita lenis, blanda, dulcis alloquio et sua cunctos invitans dulcedine,

[158] *sic Va:* amphibologia *PRLa* [159] sententie constructioni *P* [160] accentibus *P* [161] cum: et in *R* [162] *1, 205-12* sic ut... / leo... / erexitque iubam [163] *Cas. 854* i, belle belliatula (bella bellatula *v. l.*) [164] diminutione *R* [165] *3, 18, 1* Adhuc dicente Furio secundae mensae inlata bellaria [166] *Men. 341*

sed bonitas quidem benefacere et prestare quod poscitur parata est, non tamen novit suavis esse consortio et sua cunctos invitare dulcedine; [7] et inde benignus et bonus videntur[167] distare sed non multum, quia uterque est ad benefaciendum expositus, sed in hoc differt, quia potest esse bonus et tristior et bene quidem facere quod petitur, non tamen suavis esse novit consortio, sed benignus sua cunctos novit invitare dulcedine et dulcis esse alloquio; [8] et a bene vel bonus **beo** -as, verbum activum, idest remunerare vel beatum facere, et inde **beatus** -a -um, et est beatus cui omnia suppetunt ad votum, ille qui habet que vult et non ea que non vult et nichil mali vult, [9] et dicitur beatus quasi bene aptus vel bene auctus, et comparatur -tior -simus, unde **beate** -tius -sime adverbium, et hec **beatitudo**, et hec **beatitas** idem; [10] unde Augustinus De civitate Dei, in decimo (10, 30, 62) 'alternante semper beatitate et miseria[168]', et **beatulus** -a -um diminutivum, idest aliquantulum beatus, unde Persius[169] 'tandemque[170] beatulus alto compositus lecto', et per compositionem **beatifico** -as, verbum activum, et hinc verbalia; [11] beo componitur **transbeo** -as, idest ultra alios beatum facere, unde hec **trabea** genus vestis imperialis qua soli imperatores utebantur, quasi transbea, quia ultra alios beatum designabat, unde **trabeatus** -a -um idest trabea indutus, unde legitur[171] quod Dominus noster Christus[172] indutus fuit trabea carnis, idest regia veste carnis; **trabea** autem dicitur porticus tuta.

[12] Bene componitur cum facio et dicitur **benefacio** -cis neutrum verbum, unde **beneficus** -a -um, et hic et hec et hoc **beneficens** -tis et utrumque comparatur -cior -simus et -centior -simus, sed istorum positivum, scilicet beneficens, et comparativum et superlativum illius positivi, scilicet beneficus, absoluerunt, [13] ideoque ex hoc positivo beneficus et ex comparativo et superlativo illius positivi beneficens[173] est facta quedam irregularis comparatio: beneficus, -centior, -tissimus; et a beneficus hoc **beneficium**, et a beneficens hec **beneficentia**.

[14] Item a benefacio hic **benefactarius** -rii, idest ille qui pro munere sibi impenso bene facit; componitur quoque bene cum lingua et dicitur **benelinguatus** -a -um, idest eloquens et facundus, et cum volo et dicitur **benivolus** -a -um, et hic et hec et hoc **benivolens** -tis, unde hec **benivo-**

[167] invenitur *P* [168] *sic Va:* misteria *PR* ministeria *La* [169] *3, 103-04* tandemque b. a. / conpositus l. [170] totidemque *R* [171] *Fulg. Rusp. serm. 3, 1* Heri enim rex noster, trabea carnis indutus [172] *om. P* [173] *om. P*

lentia; [15] et a bene vel bonus dicitur hic **bolus**, idest morsellus, et bolus iactus; secundum[174] quod dicitur pro morsello, dicitur bolus quasi bene olidus, et est ethimologia non compositio, unde Terentius[175] 'bolum michi tantum esse ereptum e faucibus tam subito crucior'; [16] unde hic **boletus** idest fungus, et hic **bolona** idest redemptor taberne, et hic **bolo** -nis qui diversa genera piscium vendit, et hec **bolida** honor magnus, et hec **bola** palma manus; [17] bolus componitur cum crucio -as et dicitur hoc **crucibolum** -li, idest lucerna ad quam vigilamus quia cruciet bolum, idest morsellum sepi, et cum thus -ris et dicitur hoc **thuribolum**, quia bolus thuris in eo ponatur, vel quia thus ibi mordetur et crematur; [18] et cum sin, quod est cum, idest simul, et dicitur hoc **simbolum**, idest bolus et morsellus singulorum, scilicet collatio singulorum; [19] et interpretatur simbolum, signum vel cognitio vel collatio[176] vel pecunia collata, ideo quia singuli ponunt ibi morsellum suum, unde 'credo in Deum' dicitur simbolum Apostolorum quia quilibet, in faciendo illud, posuit ibi morsellum suum[177]; [20] unus enim dixit: 'Credo in Deum Patrem Omnipotentem' et alter adiunxit 'et in Jesum Christum' et cetera. Item signum vel cognitio interpretatur, quia discessuri Apostoli ad predicandum in gentibus, hoc sibi per predicationis signum vel indicium imposuerunt.

[21] Item bolus componitur cum dia, quod est duo, et dicitur **diabolus**, quasi duplex morsellus; mordet enim animam et corpus, vel diabolus ebrayce dicitur deorsum fluens, quia superbie pondere deorsum corruens cecidit, sed grece dicitur criminator, quia crimina in que ipse illicit ad Deum referat, vel quia electorum innocentiam criminibus fictis[178] accuset; unde **diabolicus** -a -um.

[22] Bonus comparatur irregulariter, melior, optimus et a melius addita -culus fit **meliusculus** -a -um diminutivum, idest aliquantulum melior, et **melioro** -as verbum activum; [23] et ab optimus hic et hec **optimas** et hoc -te, et sunt **optimates** optimi et maiores, et **optime** et **optimatim** adverbia, idem sunt; [24] et a bono hoc **bellum** per antifrasin, unde **bellulum** diminutivum, idest parvum bellum, et **bellicus** -a -um, et **bellicosus** -a -um, et **bellaticius** -a -um, et hic et hec et hoc **bellax** in eodem sensu, et bellax comparatur -lacior -simus, unde **bellaciter** -cius -sime adverbium, et hec **bellacitas** -tis; similiter bellicosus comparatur.

[174] *sic LaVa: om. PR* [175] *Haut.* 673 crucior bolum tantum mi ereptum tam desubito e faucibus [176] collectio *P* [177] ibi... suum *om.P* [178] sciens *P*

[25] Et a bellum hec **Bellona** dea belli et **bello** -as verbum neutrum et numquam deponens, et componitur **debello** -as idest expugno, et est activum, unde **debellatorius** -a -um; [26] et hic et hec **debilis** et hoc -le, quia facile debellatur; vel componitur a de et bilis, quod est humor afficiens corpus, quasi per bilem factus fragilis et deorsum a viribus, et comparatur -bilior -simus, unde **debiliter** -lius -sime adverbium, et hec **debilitas** -tis, et **debilito** -as verbum activum.

[27] Item a bellum hec **belua** quia apta sit bellis vel a balo -as quasi balua, unde **belluinus** -a -um, et **bellutus** -a -um idest turpis et belue similis, et hec **belues** -is idest egestas, que solet contingere per vastationem belue.

[28] Bellum componitur hoc **duellum** et hoc **duellium** quasi dubellum, idest duorum bellum; unde hic **duellator** -ris idest qui duellum peregit, unde Plautus in Captivis[179] 'domi bellique duellatores optumi', et hic **duellio** -nis, idest pugil, qui[180] etiam hic **duellis** dicitur; [29] quod componitur et dicitur **perduellis** -lis, idest ille qui durat[181] in duello, unde Prudentius in Ymnis[182] 'venire in arma pugil qui perseverat perduelles nuntiat'.

[30] Item bellum componitur **belliger** -a -um, unde **belligero** -as verbum neutrum, idest bellare, et hic et hec **rebellis** et hoc -le, unde hec **rebellio** -nis et hoc **rebellium** in eodem sensu, idest repulsio[183] et resistimentum, et **rebello** -as verbum neutrum, idest resistere, [31] et hic et hec **imbellis** et hoc -le idest enervis, fragilis, debilis, unde hec **imbellia** -e idest debilitas, unde Macrobius De Saturnalibus[184] 'Hanibal considerans ignaviam imbelliamque militum pretiose armatorum credo, inquit, eos posse subiugare Romanos etsi avarissimi sint'. [32] Et hic et hec **bellipotens** pro deo vel dea belli; et hic et hec et hoc **bellipotens** pro potenti et forti in bello, et hec **bellicrepa** -pe quoddam genus ludi factum cum armatis. Et nota quod quidam dicunt quod olim bellum dicebatur duellum a duo, quia due sunt partes dimicantium, vel quia alterum faciat victorem alterum victum; [33] postea, detracta 'd' et 'v' mutata in 'b', dictum est bellum, et differt bellum a pugna et prelio: pugna est que fit cum

[179] *68* domi, duellique d. o. [180] quod *P* [181] [ille qui durat: ille pugil qui perseveranter etiam durat *Va*] [182] *perist. 10, 53* venire in armis perduelles nuntiat [183] repulsa *P* [184] *2, 2, 3* Poenus eludens ignaviam imbelliamque militum eius pretiose armatorum, plane, inquit, satis esse credo Romanis haec, et si avarissimi sunt

pugnis, prelium primus conflictus, bellum totus conflictus. Item bellum dicitur[185] universum, ut punicum, quia totum tempus guerre dicitur bellum. Huius partes sunt pugne, ut cannensis.

[34] Item in una pugna multa sunt prelia, aliud enim in cornibus, aliud in media, aliud in extrema acie geritur. Bellum igitur totum est, pugna unius diei, prelium pars pugne. Item bellum et tumultus differunt, quia bellum est contra hostes, tumultus qui civili seditione[186] concitatur. [35] Nam seditio est discessio civium, dicta quia seorsum alii ad alios eant. Alii dicunt discessionem animorum seditionem vocari, quam Greci diastasin vocant.

[36] Item bellum potest esse ubi[187] tumultus non sit, tumultus autem sine bello esse non potest[188]. Quid est enim aliud tumultus nisi perturbatio tanta ut maior timor oriatur? Unde et dicitur tumultus quasi timor multus et est gravius tumultus quam bellum quia in bello vocationes[189] valent, in tumultu non valent.

B 84

**BONOSIACI** dicti sunt quidam heretici a Bonoso quodam episcopo exorti, qui Christum filium Dei adoptivum, non proprium, asserunt.

B 85

**BOOZ**[190] interpretatur in quo fortitudo vel in quo robur.

B 86

[1] **BOO** -as -are verbum neutrum, idest sonare, unde hic **bombus**, idest sonus; a quo **bombizo** -as bombos facere vel clamare, et est proprie apum quando clamant suo modo, unde **bombizatio** ipsa vox apum; [2] et a bombus hic **bombix** -cis: bombices sunt vermes ex quorum egestione ipsa lana serici, vel ut dicunt **bambacie**, conficitur; generant enim ex se longissima fila, unde purpura et huiusmodi texuntur; unde **bombicinum** -ni, quo nomine vocatur ipsa lana antequam tingatur et textura que fit inde, [3] et **bombicinus** -a -um penultima producta: quod autem Iuvenalis[191] corripit eam ibi 'quarum delicias pannus bombicinus urit' licentia

[185] *om. R* [186] editione *P* [187] *sic LaVa:* ut *PR* [188] *Cic. Phil. 8, 2 apud Isid. 18, 1, 7* [189] *cf. Isid. 18, 1,* 7 vacationes (vocationes *v. l.*) [190] *cf. Isid. 7, 6, 56* [191] *6, 259-60* quarum / delicias et panniculus bombycinus u.

fuit poetica; et **bombicino** -as idest bombicinum vel purpuram facere, unde **bombicinator** qui eam facit.

[4] Item a boo **bombino**[192] -as -are verbum neutrum, idest conviciari, damnare, clamare, unde **bombinator**[193] conviciator vel tricosus[194] et inconstans. Item a boo hoc **boema** idest boatus, sonus, strepitus: Martianus[195] 'preparatorum[196] boematum fecit conscientia'.

[5] Item a boo hec **bucca**, idest os vel oris folliculus et inflatio; vel bucca est nomen facticium sumptum ex proprietate vocis ipsius rei; quod autem dicitur bucca, quasi bolos vel cibos capiens, ethimologia est, non compositio; [6] et inde hec **buccula** et hec **buccella**, tam pro morsello quam pro parva bucca; **buccula** etiam[197] dicitur umbo et quedam pars galee, scilicet crista, unde Iuvenalis (10, 134) 'et fracta de casside buccula pendens'; et hic **bucco** -nis verbosator, qui multum loquitur et qui multum comedit; proprie quidem bucco dicitur garrulus qui cunctos loquacitate oris, non sensu, exsuperat[198], unde Plautus[199] 'stulti, stolidi, fungi, bardi, blenni, buccones'; et a buccella **buccellarius**, idest gluto.

[7] Item a bucca fit[200] **bucco** -as, idest buccam facere vel inflare, quod[201] componitur **imbucco** -as, idest in buccam inducere, et in tali sensu est activum, similiter et bucco pro buccatum facere est activum, unde **buccatus** -a -um participium, et buccatus dicitur qui habet buccam ultra modum magnam.

[8] Item a bucca per compositionem hic **duribuccius**, qui numquam vult os aperire. Item a bucca hec **bucina**, vel dicitur a boo quia sonat, vel dicitur bucina quasi vocina a voce, et est bucina qua signum datur in hostem, sed olim pagani agrestes ad omnem usum bucina ad compita convocabantur; proprie igitur agrestibus hoc signum fuit et differt a tuba in usu, quia bucina insonans sollecitudinem ad bellum denuntiabat, sed tuba prelium indicabat; [9] et inde **bucino** -as idest cum bucina sonare, et **bucineus** -a -um, et hic **bucinus** -ni idest clamor[202] bucine, et per compositionem hic **bucicen**[203] -nis, idest cum bucina canens, unde hec **bucicina**[204] -ne, que cum bucina canit.

[192] *sic LaVaMo:* bobino *PRAm* [193] bobinator *P* [194] cricosus *P* [195] *2, 114 p. 32, 18* praeparatorum boethematum consciam fecit [196] *sic VaMo:* imperatorum *cett.* [197] *sic VaMoAm:* enim *PRLa* [198] *sic Va:* exsuperet *PRLa* [199] *Bacch. 1088* stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones [200] *om. P* [201] *om. P* [202] *sic VaMo:* clamator *cett.* [203] bucen *P* [204] bucina *P*

[10] Boo componitur **reboo** -as, idest resonare, et a boo secundum quosdam venit vox mutata b in v et ultima o subtracta et addita x, vel a vocando, ut postea dicetur Deo volente.

B 87

[1] **BOS** bovis communis generis, et dicitur a bus, quod Greci dicunt; unde **bovinus** -a -um, et **bucerus** -a -um in eodem sensu, unde Ovidius Metamorphoseos[205] 'quisquis in montibus illis lanigerumque gregem armentaque bucera pavit'; et a bucerus **bucerinus** -a -um in eodem sensu, unde Lucretius[206] 'bucerinosque greges eodem sub tegmine pavit'.

[2] Item a bos hic **Bessus**, scilicet quidam populus a multitudine boum sic dictus vel vocatus, et hec **buprestis** quoddam parvum animal simile scarabeo longorum pedum, et fallit inter herbas bovem maxime, unde et nomen habet; [3] et hec **boas vel boa**, quidam serpens qui valde persequitur boves; nam plurimo lacte riguis uberibus se innectit et suggens interimit, et inde a boum depopulatione boas dicitur: [4] **boa** etiam dicitur crurum tumor in unum collectus, et rubor etiam et lutum dicitur boa; et hec **Boetia** -e quedam regio propter bovem quem Cadmus secutus est, et hec **boia**[207] idest torquis damnatorum quasi iugum in bove, [5] et hec **Bubastis** idest bubulcorum dea, unde Ovidius Metamorphoseos in XI[208] 'sanctaque Bubastis variisque coloribus Apis', et hic **Bootes** -tis vel -te pro quadam stella vel potius signo: continet enim plures stellas, ut dicunt XII, et sequitur plaustrum quasi bubulcus, [6] et hic **bosteo**[209] -nis idest iuvenis, et hic **bubalus** quia sit similis bovi, scilicet bos silvestris et ferinus, unde **bubalus**[210] -a -um, unde **bubalinus** -a -um.

[7] Item a bos hic **bosor** -ris, idest caro, et hec **bucula**, idest iuvenca, unde Prudentius in Sicomachia[211] 'greges equorum vasa vestes buculas'; aliquando etiam dicitur gemma quedam buccula et etiam quedam pars galee, scilicet crista vel conus et umbo, sed tunc debet scribi per duo c et derivatur a bucca, sicut superius diximus.

[8] Item a bos **bucolicus** -a -um idest bovinus vel de bobus factus vel tractans, unde **Bucolica** -corum ille liber ubi tractatur de bobus.

[205] *6, 394-95* et quisquis montibus illis / lanigerosque greges a. b. p. [206] *2, 662* buceriaeque greges eodem sub tegmine caeli (pavit *Osb. B xii 22*) [207] bota *P* [208] *9, 691* sanctaque Bubastis variusque (variisque *v. l.*) coloribus Apis [209] *cf. Gloss. VI s. v.* bosteonem [210] *scripsi:* bulanus *PRAm* babulanus *La om. VaMo* [211] *psych., praef. 31* greges equarum vasa vestem b.

[9] Item a bos hoc **bovarium** vel **boarium**, idest locus ubi venduntur boves, quod et hec **bovilla** dicitur. Unde Persius (6, 55) 'accedo Bovillas', vel **Boville** -larum quidam locus iuxta Romam ubi boves vendebantur vel ubi tantum boves sacrificabantur iuxta preceptum Nume; et ideo sic dicitur quasi boum villa, et secundum hanc significationem ponitur a Persio hoc nomen ubi dixit 'accedo Bovillas'. [10] Et hec **buris** longum et curvatum lignum in aratro vel potius curvatura illius ligni, quasi bovis uros, quia curvata sit ad similitudinem caude bovis, et hec **osa**, quia primum de coriis[212] boum[213] ose sint facte, et quamvis nunc ex alio genere fiant pristinum tamen nomen retinent, unde hec **osula** diminutivum, et **osatus** -a -um osas habens, et **oso** -as osis calciare, et est activum.

[11] Bos componitur cum custos et dicitur hic **bubulcus**, idest custos boum, sicut subulcus custos suum, et cum sto stas, et dicitur hoc **bostar** -ris penultima producta, idest locus ubi boves stant scilicet stabulum; dicitur etiam bostar locus ubi corpora hominum comburebantur; invenitur etiam[214] hic **Bostar** -aris, penultima correpta, et est proprium nomen viri et primitivum. [12] Et cum cio cis et dicitur hoc **bucetum** -ti, locus ubi boves ciuntur idest vocantur, sicut est stabulum vel pascua vel forum; et cum foros, quod est ferre, et dicitur hic **Bosforus** -ri, idest illud mare per quod Io transivit in specie bovis vel per quod Iupiter in specie tauri detulit Europam: idem et alio nomine dicitur Propontides a transitu Ponti; invenitur etiam Bosforus et Propontides pro nomine cuiusdam stelle; [13] et cum glossa, quod est lingua, et dicitur **boglossa**, quedam herba, quasi bovis lingua quia folia asperrima ad modum lingue bovis habeat; et cum sequor vel sequens et dicitur **busecus**, idest bubulcus, quasi sequens boves; [14] et cum cedo et dicitur hic et hec **bocida**, vel cum scindo et dicitur **boscida**, qui cedit vel scindit boves, scilicet macellarius, et cum uterus, vel tirus quod est caseus, et dicitur hoc **butirum** -ri, quiddam quod fit ex lacte, et dicitur butirum quasi bovis uterus vel tirus, et secundum utramque compositionem corripitur penultima; utrum autem penultima possit produci paulo post dicetur. [15] Et cum semis, quod est dimidium, et dicitur **semibos**, qui media parte est bos sicut Minotaurus, unde Ovidius[215] 'semivirumque bovem semibovemque virum'; potest tamen et semibos esse compositum a semus -a -um quod est imperfectus et non plene perfectus, quasi non perfectus bos, sicut castratus; [16] et nota quod

[212]corio *P* [213]bovis *P* [214]et *P* [215]*ars 2, 24* semibovemque virum semivirumque bovem

genitivus et dativus et ablativus plurales istius nominis regulariter faciunt bovium et bovibus, sed sincopatur hec sillaba 'vi' et dicitur boum et bobus; nichil est ergo quod quidam insulsi dicunt bubus, nichilius quod dicunt buum.

[17] Item a bos hec **bumasta** -ste et hec **bumaste** -stes, vitis vel uva magna in similitudinem mamme bovis, unde et dicitur bumasta quasi bovis mamma.

B 88

**BORBORIGMON** grece, sonus turbidus.

B 89

**BORITH**, herba.

B 90

BODO, storium[216].

B 91

**BOREON** mons Numidie, dictus quia Boream intendit; hoc Iponeregium postea dictum, quia sit equore interruptum.

B 92

**BOTRACA** dicitur genus lacertarum, quia rane habeat faciem; nam Greci ranam botracam vocant.

B 93

**BOTRUS** id quod est in acino, sed ponitur quandoque pro acino, quandoque pro racemo, quandoque pro uva, unde hic **botrio** -nis quod exit de sarmento quando turgescit, et quod pendet de angulo.

B 94

Hec **BOETHEMATA**, idest adiutoria.

B 95

BOOTUS[217], incipiens.

[216]bodo storium *PRAm:* bodostorium *La* bodastorium *VaMo cf. Gloss. IV 212, 39* buda storia [217]*cf. Gloss. V 444, 3* butus

B 96
Hoc **BUBEUM**, quoddam genus vini.

B 97
**BUBO** a sono vocis nomen habet.

B 98
Hic **BUBTALMON**[218] herba est florem habens croceum, oculo similem, unde et a Grecis nomen accepit.

B 99
Hic **BUFO** -nis est terrestris rana.

B 100
**BUGEUS**[219], idest spadus.

B 101
**BUGLA**, saccus tortus.

B 102
[1] **BUBINO**[220] -as est menstruo sanguine inquinare, sicut **bulbitare** est[221] puerili sanguine inquinare, et sunt activa, sed ponuntur quandoque absolute et passive, ut 'bubinat' vel 'bulbitat', idest tali sanguine inquinatur, [2] et utrumque componitur cum in et dicitur **imbubino** et **imbulbito**, unde Lucilius (1186) 'hec imbubinat, at contra te imbulbitat'; et a bubino hoc **bubinarium**, sanguis mulieris menstruate, quod et hoc **bibinarium**[222] invenitur.

B 103
BUCULUS[223], genus farciminis.

B 104
[1] **BULLIO** -lis -livi -litum verbum neutrum, unde verbalia, et hic **bullor** -ris, et hic **bullio** -nis idest tumor aque bullientis, unde hic **bul-**

[218] *sic Va:* bubtamon *PRLa cf. Isid. 17, 9, 93* bupthalmos [219] *cf. Cremascoli 1990 p. 82* [220] bulbino *P* [221] *om. R* [222] *sic LaVa:* bubinarium *P* binarium *R* [223] burculus *P*

**liunculus** -li diminutivum, [2] et hec **bulla** -e, que fit in aqua ex pluvia cadente, et tunc componitur cum an, quod est circum, et 'b' conversa in 'p' dicitur **ampulla** quasi ambulla, idest circumcirca inflata ad modum bulle, [3] unde **ampullosus** -a -um superbus, arrogans, inflatus, et **ampullor** -aris idest verbis superbis et inflatis et sexquipedalibus uti. [4] Invenitur etiam **bulla** pro stella, unde Ovidius Metamorphoseos in X[224] 'sicut fulvo perlucida celo surgere bulla solet'; aliquando etiam invenitur pro gemma, unde Plautus[225] 'Iussin in splendorem dare bullas foribus nostris'. [5] Aliquando etiam dicitur **bulla** ornamentum equorum et nobilium puerorum; solent enim pueri nobiles in signum nobilitatis deferre quasdam bullas aureas dependentes a collo per quasdam corrigiolas, unde et tales pueri dicuntur bullati, unde Iuvenalis (14, 4-5) 'ludit et heres bullatus'; [6] unde et quedam vestis et etiam balteus dicitur bulla, quia bullis ornetur, et quod in predicta significatione invenitur bulla, habetur in Persio ibi (5, 31) 'bullaque succinctis laribus donata pependit'; et, ut[226] generaliter dicatur[227], omnia ornamenta aurea vel argentea que fiunt[228] quasi inflata dicuntur bulle; [7] **bulla** etiam quandoque dicitur sigillum quod cere imprimitur, unde **bullo** -as idest sigillare; et a bulla, secundum quamlibet significationem, venit **bullatus** -a -um, idest bullis plenus vel ornatus vel sigillatus; [8] et a bulla hic **bulbus**, caput porri vel cepe. Macer in libro De viribus herbarum[229] 'eius radicis bulbus qui lilia profert'.

[9] Bullio componitur **ebullio**, idest valde bullire, **rebullio**, iterum bullio, **semibullio**, in media parte[230] vel non perfecte bullio, **combullio**, idest simul cum alio bullio, **debullio**, idest valde bullio vel bullire cesso; et cum omnibus suis compositis est neutri generis[231].

B 105
**BULISMUS**, ingens fames, quod et **bulima** dicitur.

B 106
**BULINUS**, vermis similis lacerte.

[224] *10, 733-34* sic, ut fulvo perlucida caelo / s. b. s. [225] *Asin. 426* iussin in splendorem dari bullas has foribus nostris? [226] *om. P* [227] dicantur *P* [228] fiunt et *P* [229] *Odo Magd. 811* Eius radicis bulbus, quae l. p. [230] [media parte: medietate *Mo*] [231] neutri generis: neutrum *R*

B 107
**BUNDA**[232], sonus tympani.

B 108
[1] **BUO** -is -ivi -ere butum verbum activum, idest perfundere, et non est in usu, et derivatur a bibo -bis, et inde **butus** -a -um idest perfusus, [2] et hic **buto** -nis quoddam genus animalis quod valde in lacte abundat, unde hoc **butirum** -ri penultima producta, sed melius est ut penultima corripiatur et teneatur ut supra diximus.

[3] Buo componitur **imbuo** -is idest perfundere, et **combuo** -is idest simul perfundere, et nota quod imbuo et combuo magis proprie accipiuntur in malo, quasi inquino, sepe tamen et in bono. Item nota quod imbuere invenitur pro initiare: proprie enim dicitur imbui ara nova primo sacrificio dedicata et perfusa.

[4] Item componitur **delibuo** -is -butum, idest ungere, et est compositum a de et oleo vel liquore et buo vel imbuo, inde delibuere quasi de oleo vel liquore perfundere, unde **delibutus** -a -um quasi de oleo vel liquore inunctus. [5] Quidam tamen dicunt quod buo -is nichil est nec inde componuntur predicta verba, sed imbuo et combuo componuntur ab in vel cum et uo uis quod non est in usu, et intercipitur[233] 'b'; delibuo dicunt componi a de et oleo vel liquore et imbuo et non buo.

[6] Item a buo vel buto hoc **butanicum**, quidam liber phisice, qui et herbarium dicitur, quia ibi herbe notentur, et hic **buteo** -nis, idest iuvenis, et **burrus**[234] -a -um idest ruber -bra -um vel niger, et **bussus**[235] idest pinguis, obesus.

B 109
[1] Hic **BURGUS** idest castra; crebra quidem per limites habitacula constituta burgos vulgo vocant[236], et inde **burgarius** -a -um, et hic et hec **burgensis** et hoc -se in eodem sensu, et hic et hec **Burgundio** -nis pro nomine cuiusdam gentis. [2] Nam olim devicti a Romanis homines illius gentis ab ipsis Romanis per burgos sunt divisi, et ob hoc Burgundiones dicti sunt, unde hec **Burgundia** terra illa, unde sumitur hic et hec Bur-

[232]*cf. Gloss. IV 212, 49* bunde [233]*sic codd.: an* intericitur? [234]*cf. Gloss. IV 602, 38* [235]*cf. Gloss. V 173, 16* [236]b. v. vocant: quod burgos vulgus vocat *R*

gundio gentile, idest ille qui est de terra illa. [3] Item a burgus et gallus dicitur quedam civitas **Burdigallis**, quia hunc burgum Galli habuerunt prius, unde hic et hec **burdigallensis** et hoc -lense.

B 110
**BURBILIA**[237] intestina maiora.

B 111
**BURTANICI**[238], flores qui in silva nascuntur.

B 112
**BURRANICUM** genus dicitur vasis, quod et **bucar** dicitur.

B 113
**BURDO** qui ex equo et asina nascitur.

B 114
[1] **BUSTUM** ignis vel lignorum strues ubi corpora mortuorum cremantur, et dicitur bustum quasi ustum ab urendo, et bustum idest sepulcrum, inde hoc **bustulum** diminutivum, et hic **bustiarius** -rii, scilicet ille qui corpora cremat vel qui[239] sepelit, et hec **bustura** -re, et hec **busticeta** ambo pro sepultura, sed busticeta proprie est sepultura in agro; [2] hic[240] et hec **busticeta** qui sepulcra struit, et **busto** -as idest sepelire vel cremare mortuos. Bustum componitur **bustifragus**, idest ille qui frangit bustum ut spoliet mortuum.

B 115
[1] **BLANDIOR** -diris -ditus sum, verbum deponens, et construitur cum dativo ut 'blandior tibi', idest adulor. Invenitur etiam cum accusativo in eodem sensu, et inde **blandus** -a -um et comparatur -dior -simus, unde **blande** -dius -sime adverbium, [2] et hec **blanditia** -e, et hec **blandities** -ei, et **blandulus** -a -um diminutivum, aliquantulum blandus, quod et **blandicellus** -a -um dicitur, unde blandicella dicuntur verba

[237]*cf. Gloss. V 614, 4* burbalia [238][buritanici *Va* burritanici *Mo*] *cf. Gloss. V 173, 9* burritanici *cf. infra, B 120* bretanice [239]*om. R* [240]hec busticeta... hic *om. R*

diminutiva, et **blanditiosus** -a -um; [3] blandior componitur **deblandior**, idest valde, vel sit privativum; **eblandior** idest valde et **reblandior**, idest iterum blandior.

B 116

[1] Hec **BLATERA** -e, idest sonus ranarum, inde **blatero** -as idest stulte et sine causa loqui vel detrahere vel declamare vel trepide aliquid proferre, idest metu trepidantia verba dicere[241], quod et balbutire est, et est proprie camelorum; unde hic **blatero** -nis ille[242] qui ita blaterat, et hic et hec **blas** -tis, et hic **blatus** -ti, idest stultus et insipiens, a quo et femina componitur **blasfemo** -as, idest detrahere, reprehendere, vituperare. [2] Nam feminarum est rem stulte blasfemare, unde **blasfemus** -a -um idest maledicus et detractor, et hec **blasfemia** -e penultima correpta, idest detractio, vituperatio.

[3] Item a blatero hic **blasto**[243] -nis, idest cubicularius sive hospitalarius, et hec **blata** -te quoddam animal de nocte tantum ambulans, unde[244] et lucifuga dicitur, que comprehensa[245] manum tingit; [4] alii dicunt quod sit vespertilio, quidam dicunt esse genus muris in subterraneis habitans cavernis, unde Oratius in Sermonibus[246] 'blatarum et tinearum epule putrescant'; et inde hec **blatea** -e, idest illud quod de calciamentorum soleis eraditur vel lutum ex itinere in calciamentis collectum; [5] et hec **blata**, idest purpura eiusdem animalis colorem imitans, unde **blateus** -a -um, et hic et hec **blatealis** et hoc -le, idest purpureus vel talis[247] coloris, scilicet blavius.

[6] Item a blata **blatio** -is verbum neutrum, idest perplexe et impedite loqui, unde Plautus in Amphitrione[248] 'Qui intelligere quisque potis est? Ita nugas blatis', et blatire est precipue loqui; blatero componitur **deblatero**, idest valde blaterare vel divulgare, unde Plautus in Aularia[249] 'deblaterasti id iam vicinis omnibus'. Item componitur **obblatero**, idest contra blatero.

[7] Item a blatero hic **blennus** -ni et hic **blenno** -nis in eodem sensu, idest stultus vel yrcosus et impudicus, et hec **blitia** -tie, idest stultitia.

[241] loqui *P* [242] *om. P* [243] *cf. Vulg. act. 12, 20* persuaso Blasto *cf. Cremascoli 1990 pp. 78-79 Marinoni 1988 p. 648* [244] *om. P* [245] [compressa *Mo*] [246] *2, 3, 119* blattarum ac tinearum epulae, putrescat [247] *om. P* [248] *626* qui, malum, intellegere quisquam potis est? ita n. b. [249] *Aul. 268* deblateravisti (deblaterasti *v. l.*) iam v. o.

B 117

[1] **BRACOS** idest breve, et inde pluraliter **brace** -carum, quia breves solent esse; non enim solent habere tibialia, sed extendi tantum usque ad genua; unde hoc **bracile**, et hoc **bracale**, et hoc **bracarium** in eodem sensu scilicet lumbare; [2] bracile etiam dicitur cingulum renum, et **bracatus** -a -um qui habet et qui indutus est bracas, unde et hec **Bracata**[250] dicitur quedam Gallia que adiacet Reno, quia homines ibi utuntur laxis bracis.

[3] Item a brace **braco** -as, idest aliquem bracis induere, et componitur **imbraco** in eodem sensu, et **debraco** -as, idest bracas detrahere[251], et sunt activa. [4] Item a bracos hoc **braceum** idest vadum, et hec **bracis** inferior pars circuli, et hic **brucus** -ci, quidam vermis quia brevis sit vel quia breviter duret, [5] et hic **brancus** -ci idest guttur, quia breve sit quantum ad alia membra, unde hec **brancia** -cie quidam locus iuxta guttur et, ut dicunt, brancie sunt fauces, unde legitur in Historia Tobie[252] quod Tobiam iuniorem[253], piscem metuentem, prendere iussit[254] angelus dicens 'apprehende branciam eius'; et inde hec **branciola** -e diminutivum.

[6] Item a brancus vel brancia hic **brancus**, quedam passio, quidam morbus, scilicet prefocatio faucium[255] frigido humore. Item a bracos hec **bratea** -e, in plurali tamen invenitur et neutri generis; [7] vel dicitur a braten greco, quod lamina auri est, inde bratea tenuissima auri lamina, unde hec **brateola** -le diminutivum; bratea etiam vel brateola dicitur campanula aurea; unde **brateatus** -a -um, idest brateis ornatus.

[8] Item a bracos hic et hec **brevis** et hoc breve, et comparatur -vior -simus, unde **breviter** -vius -sime adverbium, et hec **brevitas** -tis, et hoc **breve** -is pro litteris, quod et hic **brevis invenitur**, [9] unde hoc **breviarium** -rii ubi reponuntur vel portantur brevia, vel ubi aliquid continetur abbreviatum; breve componitur hic **brevigerulus** -li, idest baiulus vel portator brevium.

[10] Item a brevis **brevio** -as, quod componitur **abbrevio** -as, et sunt activa, et per compositionem **brevilogia**, idest brevis dictio quando aliquis breviter dicit, et **breviloquus** -a -um qui breviter loquitur, unde hoc **breviloquium**.

[11] Item bracos componitur cum logos, quod est sermo, et dicitur hec

[250]brachia *P* [251]extrahere *R* [252]*Vulg. Tob. 6, 4* adprehende brancia (branciam *v. l.*) eius [253][minorem *VaMo*] [254]*om. P* [255]faucium ex *R*

**bracilogia**[256], idem quod brevilogia, scilicet brevis dictio, et cum tris, quod est tria, et dicitur hic **tribracus**, quidam pes constans ex tribus brevibus, et cum amphi, quod est circum, et dicitur hic **amphibracus**, pes constans ex tribus sillabis, prima et tertia brevi et media longa; [12] et cum emeras, quod est dies, inde **bruma**, quasi bracos emeras, idest brevis dies propter brevitatem dierum qui tunc sunt, et dicitur bruma matutinale frigus proprie quia breviter duret, et totum yemale tempus dicitur bruma a brevitate dierum; [13] vel bromin interpretatur comedere vel consumere, inde **Bromius** idest Bachus, quia dat appetitum comedendi, et hec bruma quasi edacitas quia corrodit et comedit folia arborum, vel quia que in estate acquiruntur, in bruma comeduntur, vel quia dat appetitum comedendi, unde **brumarii** dicuntur qui habent fastidium ciborum, et **imbrumarii**[257] in eodem sensu.

[14] Item a bruma hic et hec **brumalis** et hoc -le, ut 'brumale tempus', et **brumosus** -a -um idest immundus vel frigorosus, et **brumeo** -es verbum exceptivum ut 'deus brumet', idest facit brumam; vel brumere, idest stultum et brutum fieri, unde **brumesco** -scis inchoativum. [15] Item **brumet** et **brumescit** ponuntur impersonaliter. Item a bruma vel brucus et seco hec **brusica**, idest planta, caulis, quia in bruma secatur vel quia a bruco corroditur[258].

[16] Item a bracos hec **bria** -e, quedam mensura; ubi enim nimietas est, mensura non est, et componitur **ebrius** -a -um, idest extra mensuram bibens, unde **ebriosus** -a -um, et **ebrietas**, et **ebriositas** -tis: ebrius quandoque, ebriosus sepe et multum bibit; unde ebrietas aliquando, ebriositas frequens temulentia vini. [17] Item ab ebrius **ebriolus** -a -um idest aliquantulum ebrius, unde Plautus[259] 'tristes et ebrioli incedunt', et **ebrio** -as quod non est in usu; Aristotiles tamen posuit simplex dicens[260]: 'mulieres que raro ebriantur cito senescunt'; [18] et componitur **debrio** -as, et potest ibi de esse intentivum vel privativum, et **inebrio** -as, et sunt activa; et ab inebrio hic **imber** -bris pluvia et vis repentina; ad nubes et ad pluviam pertinet, dictus quia terram inebriet ad germinandum, [19] unde hic **imbriculus** diminutivum, et **imbricus** -a -um et **imbricosus** -a -um idest pluviosus, et hoc **imbricium** per quod aqua elicitur, scilicet lavarium vel canalis, quod aliter dicitur hic **imbrex** -cis, unde Prudentius in

[256]*sic La:* braciologia *PR* brachiologia *Va* [257]brumatici *P* [258]*om. P*
[259]*Curc. 294* tristes atque ebrioli incedunt [260]*cf. Macr. Sat. 7, 6, 16* recte et hoc Aristoteles... mulieres, inquit, raro ebriantur, crebro senes

Ymnis[261] 'imbricibus ruptis undantis[262] desuper auri'; [20] **imbrices** etiam dicuntur tegule, quia cito[263] capiant imbres, et est ethimologia; componitur imber Mulciber, september, october, november, december, sed hec melius in sequenti derivabuntur; [21] componitur quoque bria cum se et dicitur **sobrius** -a -um, quasi sebrius -a -um, idest abstinens, quasi secum habens briam, idest mensuram, et inde hec **sobrietas**, et **sobriolus** -a -um, idest[264] aliquantulum sobrius.

B 118

[1] **BROCCUS**[265] -a -um, qui labra superiora tumida habet, unde hec **brocca**, marina belua[266], quia grossa sit; et **brocca** quoddam vas, quasi labrosa, et **brocci** dicuntur acus lignee ex quibus mortuus in cilicio suitur, [2] unde **brocco** -as, quod non est in usu, sed componitur **imbrocco** -as, idest broccis suere[267], et est activum.

B 119

**BRESITH**, liber Genesis.

B 120

**BRETANICE**[268], flores qui in silva nascuntur.

B 121

**BRAVIUM** laurea, palma, munus, premium, cursus, quasi paravium, idest paratum et acquisitum vi et virtute, vel quasi habitavium, idest habitum virtute, unde hic et hec **braveta** -te, tam victor, qui accipit bravium, quam qui dat.

B 122

**BRISIN**, idest exprimere et elicere, unde hic **Briseus**, idest Bachus, quia ille primus docuit exprimi et elici vinum de uva, lac de mamma, mel de favo, unde **briso** -as, idest frangere vel exprimere vel elicere, et hec **brisca**[269], idest favus, unde mel elicitur.

[261] *c. Symm. 1, 67* [262] *sic Va:* verberans *PR om. La* [263] *om. P* [264] -a -um idest: -li diminutivum *R* [265] *sic Va:* brocus *PLa* brochus *R* [266] [bestia *Mo*] [267] [consuere *VaMo*] [268] *cf. Osb. b 89* britanici *Gloss. IV 26, 35* brettanice; *cf. supra, B 111* burtanici [269] briscia *P*

B 123

[1] **BRUTEO** -tes, verbum neutrum[270] et caret supino, idest esse vel fieri brutum, unde **brutus** -a -um idest stolidus, insulsus, stultus, immundus; quod autem dicitur brutus quasi obrutus scilicet a sensu, quia caret sensu, ethimologia est, non compositio; [2] et a brutus hic et hec **Brito**: sunt enim Britones quasi bruti et idem dicuntur **Britanni** et eadem causa, unde **Britonia** et **Britannia**, a quo modo sumitur gentile Brito et Britannus; [3] et nota quod Britanni dicuntur quandoque Anglici, sed cum adiuncto, ut 'flavi Britanni', et raro sine adiuncto[271]; et quandoque dicitur[272] quedam insula[273] ultra Britones; et proprie illi sunt[274] Britanni, sed qui nobis sunt contigui[275] proprie Britones. [4] Et **brutesco** -scis, idest desipiscere; bruteo componitur **debruteo** -es, ubi 'de' teneatur intentive vel privative, et **obbruteo** -es, unde **debrutesco** et **obbrutesco**.

B 124

**BRUNDA** grece, latine cornu vel caput cervi dicitur, unde hoc **Brundusium**, civitas, a situ loci, videntur enim cornua cervi et caput et lingua in dispositione eius loci.

[270]*sic LaVa:* activum *R om. P* [271]adiectio *R* [272]*sic VaMo: om. cett. an* dicitur Britannia? [273]*sic (*quedam insula*) VaMo:* quidam insulam *PRAm om. La* [274]*om. P* [275]continui *P*

# C

C 1

**CACHINNOR** -aris, quod antiqui dicebant **cachinno** -as, idest rideo, unde hic **cachinnus** -ni risus inutilis, vel cachinnus est compositum a con et cignus, qui est albus ut nix, propter dentes qui videntur albere in risu, unde[1] verbum predictum, et hic et hec **cachinno** -nonis, qui ridet.

C 2

**CACUMEN**, idest summitas, unde **cacuminare**, idest acuere in summo, sublimare, unde[2] Ovidius (*met.* 3, 195) 'summasque cacuminat aures'.

C 3

**CACABUS**, idest lebes, a sono fervoris dictus est; fervendo enim exprimit hunc sonum 'ca ca ca'.

C 4

[1] **CACOS** interpretatur malum, unde hic **Cacus** -ci, quia fuit malus: fuit enim servus Evandri et malus et fur. Et hec **cacexia**[3] -e vel **cacesia** -e dicitur mala vexatio, quedam passio est[4], et dicitur a cacos et oxi, quod est acutum, vel ethis, quod est mos, quasi acutum malum vel quasi malus mos; [2] et a cacos descendit illud inhonestum verbum et illepidum[5] dictu[6] secundum depositorum speciem[7], scilicet **caco** -as, et est cacare malum humorem, malam substantiam, malam possessionem deponere; [3] et per compositionem hic **cacodemon**, idest malus sciens, nam demon interpretatur sciens; inde cacodemones dicti sunt mali angeli; [4] et hic

[1]*sic Va: om. PR* similiter et *La* [2]*om. P* [3]cacexeia *P cf. Isid.* 4, 7, 26 [4]*om. P* [5]illepide *R* [6]dictum *R* [7]*sic* (depositorum speciem) *La:* depositurum speciem *PAm* deponit tantum speciem *R* deponit speciem *Va* depositum speciem *Mo*

**cacemphatus** -ti, idest turpis sonus, a cacos et phone quod est sonus vel fatus; inde cacemphatus, idest turpis sonus vel turpis fatus, quod et alio nomine dicitur **cacophonia** a cacos et phone; unde **cacemphaticus** -a -um et **cacophonicus** -a -um in eodem sensu.

[5] Item a cacos et ethis, quod est mos, dicitur hic **cacetes** -tis, idest malus mos, unde Iuvenalis[8] 'tenet insanabile multos scribendi cacetes'. Item a cacos et sintheton, quod est compositio, dicitur **cacosintheton**, idest vitiosa compositio. Virgilius[9] 'versaque iuvencum terga fatigamus hasta'.

C 5

[1] **CADO** cadis cecidi casum, verbum neutrum, inde hic **casus** -sus -sui, unde hic et hec **casualis** et hoc -le et **casualiter** adverbium; et hec **causa** a casu quo evenit[10] dicitur; [2] est enim materia et origo negotii, que dum proponitur causa est, dum discutitur iudicium est, dum diffinitur iustitia est[11], unde **causatium**[12] questio cause, [3] et hic **causarius** idest litis amator vel reus, qui pro aliquo crimine in causam ducitur, et **causativus**[13] -a -um quod ex causa sequitur, unde **causativa** dicuntur effectus causarum. [4] Item a causa **causor** -aris, idest causas agere vel reprehendere et inculpare, vel in causam ducere vel conqueri; causa componitur et dicitur hic **causidicus**, qui dicit et tractat causas.

[5] Item a cado hoc **cadaver** -ris, quia stare non potest. Omnis mortuus aut funus est aut cadaver: funus si sepeliatur, a funibus accensis, idest candelis, sic dictum, quas ante feretrum papiris cera circumdatis ferebant; cadaver si insepultum iacet. Item funus dicitur in domo cadaver apud tumulum, umbra apud inferos. [6] Item cadaver dicimus dum iacet insepultum, dum portatur vel sepelitur vel crematur exequias vel funus dicimus, crematum reliquias; conditum iam[14] sepultum corpus consuetudine dicitur; et a cadaver **cadaverosus** -a -um. Quod autem dicitur cadaver[15] caro data vermibus, ethimologia est, non compositio.

[7] Item a cado hic et hec et hoc **cadax**, idest claudus, qui sepe cadit. Item a cado hec **cassia** -e, herba quedam cuius flos cito cadit, unde hec cassia flos illius vel liquor inde factus, unde Persius[16] 'hec sibi corrupto cas-

[8] *7, 51-52* tenet insanabile multos / scribendi cacoethes [9] *Aen. 9, 609-10*
[10] evenit indico *P* [11] *om. P* [12] causatim *P cf. Osb. c 503* [13] causarius *P*
[14] *om. R* [15] *om. P* [16] *2, 64* haec sibi corrupto casiam d. o.

siam dissolvit olivo'; [8] et hic **cadus** -di pro vase quod vulgo dicitur barile et, ut dicunt, continet tres urnas et alio nomine dicitur situla, et inde hic **cadulus** -li et **cadiolus** -li ambo diminutiva a cadus, et hec **casa** -se parva domus, unde **casula** -le diminutivum, et casula etiam dicitur quod vulgo dicitur camiso[17] vel planeta presbiteri, quia ad instar parve case totum hominem tegit. [9] Item a cado hec **casona** -e, idest acus qua mulier scalpit caput, eo quod cadere faciat immunda, et **caducus** -a -um, et **cadabundus** -a -um, idest crebo cadens; caducus -a -um dicitur etiam id quod cadere facit, ut caducus morbus qui et comitialis dicitur, et hoc **caducum** -ci, idest illa hereditas que contingit alicui ex morte alicuius carentis herede, [10] unde hic **caducarius** et hec **caducaria**, ille vel illa cui hoc contingit, scilicet qui accipit caducum; **caduca**[18] etiam dicuntur malorum flores quos Greci quitinas dicunt; [11] et hoc **cadurcum** a cado, idest tentorium, quia facile cadat, quod et **cadurcus** invenitur; et hic **caudex**[19] -cis, idest truncus, quasi casum dans, unde Terentius[20] 'in me quod vis horum convenit que sunt dicta in stultum, caudex stipes asinus plumbeus'.

[12] Item[21] a cado dicitur hec **cauda**, quia videatur cadere, unde **caudatus** -a -um qui habet caudam, et hic caudex quia truncus est quasi cauda arboris, et mutatur 'au' in 'o' et dicitur **codex** in eodem sensu, et inde hec **caudix**, idest radix que inheret terre, et a codex per compositionem **excodico** -as, et est excodicare circa codicem aperire terram et velut lacum efficere. [13] Item per translationem a codex vel a[22] caudex dicitur hic **Codex**, liber quidam in quo continentur diversa precepta iustitie, sicut in codice trunco continentur diversi rami, et appellatio ista modo ampliata est ut etiam quilibet liber dicatur **codex**; differunt tamen codex et liber, quia codex proprie est multorum librorum, quia tamquam ramos contineat in se multos libros, sed liber est unius voluminis. [14] Et a codex **codiculus** et **codicillus** ambo diminutiva; codicillus etiam dicebatur[23] carta illa[24] in qua scriptum erat testamentum alicuius mortui extra civitatem vel in peregrinatione, que postea mittebatur ad Romanos.

[15] Item a cado hoc **cadurcum**[25], membrum virile vel potius femine; nam proprie **cadurca**[26] dicuntur summitates nature femine sicut virorum

[17][camisa *La* camisium *ut vid. Va* camisia *Mo*] [18]*cf. Isid.* 17, 7, 6 [19]cadux *P*
[20]*Haut.* 876-77 in me quidvis harum rerum convenit / quae sunt dicta in stulto, c.s. asinu' p. [21]vel *P* [22]*om. P* [23]dicitur *P* [24]*om. P* [25]*sic Mo:* cadurdum *cett.* [26]*sic Mo:* cadurda *cett.*

preputia; alii spondas lectuli dicunt esse. [16] Et hec **cadula** -lorum, idest gutte que cadunt ex pingui carne cum assatur vel etiam ex cereo, et hoc **caduceum** virga Mercurii que discordiam in[27] pacem et[28] somnum cadere faciebat. [17] Unde **caducifer** -a -um, idest ferens caduceum, et hic **caduceator** -oris; proprie dicuntur caduceatores legati pacis, scilicet qui gratia pacis ferunt legationem inter aliquos.

[18] Item a cado hec **cades**[29] vel hic **cades**[30] indeclinabile, idest locus vel fons ubi erit iudicium, et interpretatur sacratum vel sanctificans vel sanctificatio; et hic **caseus** unde **caseolus** diminutivum, quia facile cadat et cedat, vel[31] dicatur a careo quia careat sero[32], quasi careus; [19] cado quoque[33] componitur cum ad et dicitur **accido** -dis pro evenire, sed accidit malum, evenit casu, obtingit forte, contingit fato[34], unde **accidens** -tis pro eo quod non est substantia; [20] et cum con- et dicitur **concido** -dis, idest simul cadere, unde et **concidentia** dicitur quasi simul cadentia, ut concidentia generum est cum diversa genera simul cadunt in eandem vocem; et cum de et dicitur **decido** -is, idest deorsum cadere, unde **deciduus** -a -um idest ad cadendum facilis; [21] et cum ex et dicitur **excido** -dis, idest extra cadere vel ex aliquo cadere, unde **exciduus** -a -um quod facile cadit, unde **excidium**, casus et destructio, quod et potest dici ab excido pro cedere, sicut postea dicemus; [22] et cum in et dicitur **incido** -dis, idest cadere, ut 'incidit in latrones[35]'; et cum inter et dicitur **intercido** -dis, idest inter aliqua cadere vel interim cadere; et cum pre[36] et dicitur **precido** -dis, idest ante cadere vel in anteriorem partem cadere[37]; [23] et cum pro et dicitur **procido** -dis, idest procul cado vel ante, unde illud[38] 'et procidentes adoraverunt eum'; [24] et cum ob et dicitur **occido** -dis, idest contra vel circum cadere, unde **occiduus** -a -um, et hic **occasus** -sus -sui, et hic **occidens** -tis, unde hic et hec **occidentalis** et hoc -le; [25] et cum re- et dicitur **recido** -dis, idest iterum vel retro cadere, unde **reciduus** -a -um idest iterum vel retro cadens; recido componitur cum vivus et dicitur **recidivus** -a -um, idest renovatus, post casum reparatus, quod non potest esse nisi precesserit casus vel mors, unde **recidiva** arborum sunt que aliis sectis repullulant; eadem dicuntur rediviva, quia redeunt ad id

[27]*sic Balb.: om. codd.* [28]*sic Va: om. PRLa* [29]cadex *R* [30]cadex *R* [31]et *P* [32]sepo *P* [33]*om. P* [34]facto *P* [35]incidit in latrones: *cf. Vulg. Luc.* 10, 30 *et alibi* [36]de *P* [37]*om. P* [38]*Vulg. Matth.* 2, 11

quod fuerunt, quasi denuo viva; et a[39] recidivus **recidivo** -as -are verbum activum, idest renovare, post casum reparare.

[26] Item a recido hec **recidina**[40] -tis, et hoc **recidinum**[41] -ni, idest vestis tenuis et subtilis et levis ad sumendum vel reiciendum apta, et est parasitorum, unde Iuvenalis[42] 'rusticus ille tuus sumit recidina, Quirine'. [27] Item cado componitur cum sub et dicitur **succido** -dis, quasi subtus cadere, unde **succiduus** -a -um, idest ad subtus cadendum paratus, unde Claudius[43] 'succidui titubant gressus'. Et nota quod cado cum omnibus suis compositis est neutri generis[44], et omnia dicuntur pro cadere nisi quia prepositiones addite designant quasdam circumstantias, sicut distinctum est. [28] Item omnia composita a cado carent supino, excepto occido quod facit occasum, et omnia mutant a in i[45], et omnia faciunt presens in -cido et preteritum in -cidi, penultima correpta tam in presenti quam in preterito[46].

C 6

[1] **CALON** grece, lignum latine, inde hic **calo** -nis ille[47] qui fert ligna, unde Oratius[48] 'hunc perminxere calones'; calones etiam dicuntur galee militum; unde **calero** -as verbum neutrum, idest ligna portare vel properare, [2] et hic **caligarius** -rii, idest ille minister ferens ligna, et hec **calaria** -e, idest navis que ligna portat, et hic **calathus** -thi, quia fiat[49] ex ligno, [3] vel a calo -as quod est pono, quia ibi ponantur pensa vel aliud, et est calathus canistrum et quoddam genus poculorum, et hic **calix** -cis, quoddam genus poculorum quod olim fiebat ex ligno, et derivatur a caleo[50], ut postea dicetur, unde hic **caliculus** diminutivum. [4] Item a calon hec **scala** pro quodam genere poculorum, quod similiter ex ligno solet esse; et calon componitur cum podium quod est baculus quo terre innitimur, vel pos, quod est pes, et dicitur hoc **calopodium**, idest baculus ligneus vel pes ligneus. [5] Item a calon hec **classis** quia de ligno fiat, et est proprie classis multitudo navium; dicitur tamen etiam classis una navis; unde hic **classicarius** pro rectore, qui nautis imperat.

[39] *om. R* [40] recidiviva *P cf. Osb. C xix 35 (et r 19)* recidinna *Osb. r 163* reciduina [41] recidivivum *P* [42] *3, 67* rusticus ille tuus sumit trechedipna (rechedipna *v. l.*), Quirine [43] *Claud. rapt. Pros. 3, 153* [44] *om. P* [45] et omnia mutant a in i *om. P* [46] tam... preterito: ubique *R* [47] idest *R* [48] *sat. 1, 2, 44* hunc perminxerunt calones [49] fit *R* [50] casteo *P*

[6] Item a calon hic **calciarius**, quoddam[51] genus calciamenti, non a callo pedum sed a calo idest ligno, sine quo calciamenta consui non possunt, sed fiebat prius tantum ex salice; hinc et **calcio** -as, et calciamenta dicuntur quia in calo idest ligno fiant, vel quia calcientur ut postea dicetur.

[7] Item[52] calo grece, latine voco, unde **calo** -as verbum activum idest vocare, a quo hoc **classicum** idest cornu vel tuba vel aliud instrumentum causa convocandi[53] factum; classicum etiam dicitur signum bellicum vel sonus tube vel alterius instrumenti bellici; [8] proprie tamen classicum est concentus et concordia omnium instrumentorum insimul sonantium, sive sint tube et cornua in bello sive sint campane, sive etiam homines, et quia alia signa habebant romani milites quam pedites, ideo et milites dicuntur quandoque classes, quandoque etiam tam milites quam plebei dicuntur classes. [9] Cum enim Romulus rem publicam instituisset, Romanos in duas partes divisit, scilicet nobiles et ignobiles et utramque partem classem appellavit a quibusdam classicis[54], quia tam isti quam illi suum classicum, idest suum signum habebant, sed illi scilicet nobiles dicebantur prima classis, ignobiles secunda classis, servi de neutra classe dicebantur esse; postea Romani divisi sunt in quatuor partes, et quelibet dicta est classis: [10] dictatores enim et qui summos habebant honores de prima classe dicebantur, de secunda tribuni et qui parvas[55] habebant dignitates, de tertia qui nullos[56] habebant honores, de quarta, que erat extrema, servi; et a classicum vel classis secundum[57] hanc significationem, hic **classarius**, idest tubicen et proprie militum, et per compositionem **conclasso** -as verbum[58] neutrum, idest conclamare, comboare vel naves coniungere, congregare.

[11] Item a calo hic **calator**, idest vocator vel minister sacrorum. Item a calo, quod est voco, hee **kalende**, idest primus dies mensis, quia eo die solebat pontifex ascendere turrim de consuetudine romana et volens nuntiare quota esset luna ea die vel principium mensis, dicebat pluries 'calo, calo, calo', quasi 'voco vos, venite et audite etatem lune vel principium mensis', et ideo dies ille dictus est kalende quasi vocationes. [12] Vel aliter: de consuetudine Romanorum erat quod in principio cuiuslibet mensis celebrarent nundinas et eas incipiebant in nonis. Quia[59] ergo veteres nesciebant principium mensis, ideo semper in prima die mensis preco turrim ascendebat et totiens vocabat 'calo', quasi 'voco vos ad nundinas', quot dies

[51]*om. P* [52]item a *P* [53]vocandi *R* [54]classis *P* [55]parvos *P* [56]habebant dignitates... nullos *om. P* [57]*om. P* [58]*om. P* [59]quod *R*

restabant usque ad diem in quo volebant incipere forum, ut, si in quarto die, quater dicebat 'calo', si in sexto, sexies. [13] Unde et ille mensis habet quarto nonas, iste vero sexto nonas, quod ideo ita diviserunt ut latrones nescirent quando deberet esse forum, qui abscondebantur in silvis et venientes ad forum occidebant et depredabantur. Et ideo dicte kalende quasi vocationes, et quia pluries dicebatur 'calo', ideo ab illa pluralitate dictum est tantum pluraliter kalende -darum, [14] et nota quod pro hac figura C Greci scribunt K, unde kalende[60] potest scribi tam per C secundum Latinos quam per K secundum Grecos, competentius tamen per K, quia grecum sive nothum nomen est. [15] Kalende dicuntur quasi colende, quia solebant coli apud veteres; unde hoc **kalendarium** ubi kalende distincte sunt, et hic et hec **kalendaris** et hoc -re.

[16] Item **calo** idest bonum, unde **calodemon** idest bonus sciens, ut calodemones boni angeli sicut cacodemones mali angeli, et hec **Calliope** -pes idest una de novem Musis quasi calophone, idest bona sonoritas. [17] Item **cala** grece, latine laxa, inde **calo** -as idest laxare, ponere, deponere, unde hic **calamus** idest penna qua scribimus, quia liquorem ponat, sed calamus arboris est[61], penna avis; calamus etiam dicitur canna et stipula segetis que sustinet spicam, sed tunc dicitur a caleo, quod[62] postea dicetur, unde hoc **calamarium**, cornu ubi tenetur incaustrum.

[18] Calo componitur **intercalo** -as, idest interponere, unde verbalia, et hic et hec **intercalaris** et hoc -re, idest interpositivum vel interpositum, scilicet quod interponitur, ut versus intercalaris, quia sepe interponitur ut in Ovidio et Virgilio, unde hec **intercalaritas**, idest interpositio.

C 7

[1] **CALEO** -les -lui verbum neutrum, caret supino, idest esse vel fieri calidum, unde[63] **calidus** -a -um et comparatur -dior -simus, unde **calide**[64] -dius -sime adverbium, [2] et hec **caliditas** -tis, et sincopatur calidus et dicitur **caldus** -a -um, idest calidus, unde hec **caldaria** quasi calidaria et hec **calx** pro cemento, quasi calix, quia ex lapide calefacto et adusto fit, et hec **celia** -e, potus ex suco tritici, per artem facta, quasi calia.

[3] Item a caleo hic **calamus** idest canna vel stipula segetis, quia ex immisso flatu calescit, unde **calamizo** -zas -zare idest leta canere, et **calazino** -nas idest calamos post messores colligere, [4] et hec **calamitas** -tis

[60] kalende: et hoc *P* [61] idest *P* [62] sicut *R* [63] inde *R* [64] calidum *P*

idest miseria, a calamo canna, quia est inanis et vacua ad instar calami; proprie quidem est calamitas quando[65] aliquis nec habet in spe nec in re nec exterius nec interius, sicut canna vana est et vacua interius et exterius; vel dicitur calamitas a calamis stipulis: [5] cum enim calami segetum franguntur et inde oritur fames et miseria, tunc est calamitas, unde et quidam dicunt quod calamitas dicitur quasi cadamitas a cado, d mutata in l, quando ita calami cadunt et franguntur; sed credo esse ethimologiam et non compositionem; unde **calamitosus** -a -um idest miser et calamitate plenus, et **calamito** -as verbum activum, idest mestificare, infelicitare, calamitosum facere.

[6] Item a calamus hoc **calamistrum** idest acus ferrea vel alterius metalli in similitudinem calami facta, in qua crines obtorquentur ut crispi fiant; quod in cinere vel in[66] igne calefacere solent qui capillos crispant, ut calamistrati fiant vel sint; [7] unde **calamistratus** -a -um idest calamistro ornatus, unde **calamistratulus** -a -um diminutivum, unde Ieronimus in quadam epistula[67] 'pueros cincinnatulos et calamistratulos et peregrina unguenta olentes devita'.

[8] Item a calamus et aule, que sunt fistule organorum per quas melodia elicitur, componitur hec **calamaula**, idest canna cum qua canit aliquis, unde hic **calamaularius**[68] qui cum ea canit. [9] Item a calamo **clamo** -as verbum neutrum, idest clamorem facere et sonare, et dicitur clamare quasi calamare, unde hic **clamor** -ris, a quo **clamosus** -a -um quasi calamosus a calamo, scilicet quia sonet; et nota quod clamo quandoque ponitur transitive, sed improprie, ut 'clamo istum', idest clamore voco.

[10] Item a calamo hec **calamites** -tis, genus rane, quia moretur in calamis. Item a caleo hic **calamacus** -ci, quoddam genus stricte mitre, et dicitur calamacus quasi calorem machinans eo quod stricta sit et capiti impressa, unde Iosephus in secundo[69] 'super caput[70] gestat pileum in modum parvi calamaci', [11] et hic **calor** -ris et hoc **caliendrum** -dri, idest mitra vel generaliter quicquid caput involvit unde maiorem calorem contrahat, unde Oratius in Sermonibus[71] (1, 8, 48) 'altum Sagane caliendrum', [12]

[65]quia *P* [66]*om. P* [67]*130, 19, 1* cincinnatulos pueros et calamistratos et peregrini muris olentes pelliculas... virgo devitet [68]*sic MoAm:* calamaurius *PR* caulam- *La* calamalarius *Va* [69]*Cassiod. Ios. antiq. 3, 157* super caput autem gestat pilleum in modum parvuli calamauci [70]*sic Va: om. PRLa* [71]*sat. 1, 8, 48*

et hic **calix** -cis a calida potione: solebant enim calidam et frigidam potionem miscere in calice, unde et calix dictus est a calida potione, et miscere dictum est pro ministrare et propinare vinum, et etiam adhuc miscemus nos ibi calida frigidis et e contrario, quia vinum aque et e contrario; [13] unde hic **caliculus** -li diminutivum, et **calico** -cas idest bibere et potare. Calix componitur cum a et dicitur hic **acaliculis**[72] indeclinabile, idest pincerna.

[14] Item a caleo hic et hec **Calibs**[73] -bis, quidam populus quia semper caleat fodiendo illud genus ferri quod vulgo dicitur acer, quod multum abundat apud eos, unde et hic **calibs**[74] -bis illud genus ferri, a quo hic **clavus** idest acutus, quasi calibus idest ferreus, quia sit de ferro, [15] et **clavus** dicitur vestis purpurea qua utebantur senatores, quia quibusdam clavis aureis vel de alia materia erat ornata et variata, et in tali veste sepe denotatur dignitas; [16] **clavus** etiam dicitur gubernaculum navis scilicet temo vel manica temonis[75]. Unde **clavatus**, clavis confixus vel clavo veste vel instrumento ornatus et preparatus, [17] et hic **clavatus** -ti quoddam genus calciamenti pedum, et dicuntur clavati quasi clavillati, quia minutis clavis, idest acutis, solea caligis vinciatur.

[18] Item a clavus **clavo** -as, idest clavis configere et est activum, et hec **clava** -e idest baculus, quia sit clavis ferreis religata, que etiam cateia dicitur, quam Oratius[76] 'caiam' dicit, [19] unde **claviger** -ra -rum, qui gerit clavam. Item a caleo hec **caligo**, idest obscuritas et umbra de spissitudine aeris facta, et etiam caligo dicitur fuligo, et dicitur quia maxime aeris calore vel ignis gignatur, unde **caliginosus** -a -um idest obscurus et caligine plenus, [20] et **caligo** -gas verbum neutrum, scilicet obscurari, obcecari, obtenebrari[77]. Invenitur etiam **caligo** -gas penultima correpta, idest caligis induere, de quo postea dicetur. [21] Item a caleo hic **color**[78] -ris, quia calore ignis vel solis colores perficiuntur; vel a colo[79] -las, quia olim colabantur ut essent nimie subtilitatis, unde **coloro** -as verbum activum. [22] Alii vero dicunt quod a coloro fit color per apocopam, unde secundum Rabanum[80] hic **columbus** et hec **columba** propter diversos colores quos habent in collo, unde hic **columbulus** et hec **columbula** diminutiva, et **columbinus** -a -um, et hoc **columbar** -baris latibulum, foramen ubi nidi-

[72]*cf. Gloss. V 615, 20* [73]*cf. Cremascoli 1994 pp. 206-07* [74]*cf. Cremascoli 1994 ibid.* [75]*om. P* [76]*cf. Isid. 18, 7, 7* [77]obcecari obtenebrari *om. P* [78]calor *R* [79]*sic Va:* calo *PRLa* [80]*univ. 8, 6 p. 248D* Columbae dictae, quod earum colla ad singulas conversiones colores mutent

ficant columbe; [23] **columbar** etiam dicitur quoddam genus vinculi a collo quia sit aptum collo. Dicuntur etiam **columbaria** loca concava in navi per que remi emittuntur, quia sint similia latibulis columbarum ubi nidificant. Et hic **columbinus** quidam lapis, a colore illius avis sic dictus. [24] Color componitur hic et hec **bicolor** -ris, idest duorum colorum, unde **bicoloratus** -a -um [25] et[81] hic et hec **tricolor** -ris, idest trium colorum, unde **tricoloratus** -a -um, et hic et hec **multicolor** -ris, unde **multicoloratus** -a -um, [26] et hic et hec **discolor** -ris, idest alterius coloris, unde **discoloratus** -a -um, et hic et hec **diversicolor** -ris, idest diversorum colorum vel alterius coloris, unde **diversicoloratus** -a -um; [27] hic et hec **unicolor**[82], idest unius coloris, unde **unicoloratus** -a -um, hic et hec **rubricolor** -ris, idest rubei coloris, unde **rubricoloratus** -a -um, hic et hec **albicolor** -ris, idest albi coloris, unde **albicoloratus** -a -um. [28] Coloro componitur **concoloro** -as et **decoloro** -as, idest valde coloro vel colorem aufero. Et, ut breviter dicamus, componitur cum omnibus predictis cum quibus et color, et omnia sunt activa; significationes eorum colligere facile est.

[29] Item[83] calere componitur **calefacio** -facis et **calefio** -fis et **incaleo** -les et **recaleo** -les, et tam ab istis quam a suo primitivo fiunt inchoativa et corripitur ca-[84].

C 8

[1] **CALCO** -cas verbum activum, unde hic **callus** -li durities pedum qua terram calcamus, et etiam manuum durities interior dicitur callus, et cutis lardi, unde Plautus in Captivis (904) 'quanta callo calamitas', unde **callosus** -a -um idest durus, fortis, pinguis, carnulentus, callis plenus, et hinc **callositas** idest durities, fortitudo, pinguedo.

[2] Item a callus hic **callis**, scilicet semita callo pecudum predurata, stricta et angusta inter montes, et est callis iter pecudum proprie, semita hominum; vel callis est limes callide iacens, et secundum hoc dicitur a calleo pro callide scio, sicut iam dicetur. [3] Et **calleo** -es -ui verbum neutrum, et caret supino, idest durere vel callide scire, unde Persius[85] 'dicenda tacendaque calles'; [4] unde **callidus** -a -um idest subdolus, vel per exercitationem[86] artis instructus, et sic callidus non pro astuto tantum, sed

[81] *om. P* [82] universicolor *R* [83] Item a *R* [84] et corripitur ca *om. P* [85] 4, 5 dicenda tacendave (tacendaque *v. l.*) calles [86] per exercitationem: exercitatione *R*

etiam pro astute docto[87] dicitur, hic etiam versutus dicitur quia animum cito vertat et facile ad quamlibet fraudem; et comparatur -dior -simus, [5] unde **callide** -dius -sime adverbium, et hec **calliditas** -tis; et hec **callitrix**[88] -cis dicitur a calleo, idest simia cum quadam[89] producta barba, et **callesco** -scis, inchoativum. [6] Calleo componitur **concalleo** -les, idest simul callere[90], et **occalleo** -les -ui, idest obdurere, indurere, callum facere ut 'vulnus occalescit cum incipit sanari'; [7] et **recalleo**, idest iterum callere vel remollescere et a callo cessare.

[8] Item a callus hic **calx** -cis prima pars pedis[91] vel potius postrema, sed hec **calx** -cis idest cementum; posuit tamen Virgilius[92] calx pro illa parte corporis in feminino genere, sed propter suam auctoritatem multis vocabulis abusus est in accidentibus; [9] et a calx vel callus hic **calcaneus**, idem quod calx, et est aliud quam talus. Nam talus est sub cruribus, idem et talonus, et sub talo est calcaneus vel calx, unde hoc **calcar** quia in calce vel calcaneo religatur; [10] et nota quod **calx** ponitur quandoque pro fine cuiuslibet rei, sicut dicitur 'in calce libri' idest in fine libri. [11] Item a calx **calcitro** -tras, idest calce percutere, et est activum, vel resistere, et tunc est neutrum, unde hic **calcitro** -nis, idest rusticus, qui intemperate calcat vel calcitrat, unde Plautus in Asinaria[93] 'clamat si quem videt ire ad se calcitronem'. [12] Item a calce **calcio** -as, quod exigit calciamentum, vel **calceo** -as, quod exigit hic **calceus** -ei, unde hec **caliga** -ge, calciamentum crurum sive sit de panno, sive de ferro, vel a colligo -gas, quia calige ligantur, vel a callo pedum. [13] Invenitur et **calicula** pro eodem, similiter a callo; et a caliga **caligo** -as, penultima correpta, verbum activum, idest caligis induere, et **caligatus** -a -um qui caligas habet, [14] unde et milites caligati dicuntur a quibusdam caligis ferreis quas solent habere, unde Iuvenalis[94] 'cum duo crura habeas offendere tot caligatos', unde et quidam Neronum dictus est **Caligula**, quia a pueritia sit inter milites conversatus[95]; **caligula** tamen potest dici parva caliga. [15] Calcio componitur **discalcio** et **excalcio** et **recalcio**, et sunt activa. [16] Item a calco hic **calculus** -li, lapis levis, parvus, rotundus et durissimus, dictus sic quia brevitate sui sine molestia calcetur, cui contrarius est scrupulus[96], lapillus minu-

[87]dicto *P* [88]*sic Va:* caltrix *PRLa* [89]*om. R* [90]calcare *R* [91]pedum *P* [92]*Aen. 11, 714* ferrata calce [93]*391* clamat, procul si quem videt ire ad se c. [94]*16, 24* cum d. c. habeas, offendere tot caligas, tot (o. tot caligatos *v. l.*) [95]est Caligula... conversatus *om. P* [96]scrupus *R*

tus et asper, qui si[97] inciderit in calciamentum nocet et molestia est in animo, [17] unde et animi molestiam[98] scrupulum dicimus; hinc et scrupea vel scrupulosa saxa, idest aspera; et a calculus propter similitudinem dicuntur **calculi** scaci, quia leves sunt et rotundi, vel dicuntur a calle quia per vias ordinales eant quasi per calles. Sed calculorum[99] partim[100] ordine moventur, unde et ordinarii dicuntur, [18] partim vage, unde et vagi dicuntur; at qui moveri omnino non possunt inciti dicuntur; unde et egentes homines inciti vocantur, quibus spes ultra procedendi nulla restat. [19] Item a calculo lapide dicitur **calculus** ratio, numerus, computatio, quia antiqui lapillos[101] huiusmodi in manu tenentes solebant numerum computare, [20] unde **calculo** -as verbum activum, idest numerare, unde verbalia, et **calculatim** adverbium[102], idest numeratim.

[21] Item a calculo propter parvitatem hic **calcus** -ci, idest quarta pars oboli, et est minima pars ponderis, et hoc **caldicum**[103] -ci, idest foris[104] deambulatorium, quod et peribolum dicitur, [22] et hic **calculus**[105] -li lapis qui in vesica fit, unde **calculosus**[106] -a -um qui talem patitur infirmitatem. [23] Item a calco hec **culcitra**, quasi calcitra, quia calcetur, idest farciatur plumis, vel a colo -lis, quia colatur diligenti cultura. Item a calco -as hic **calcula**[107], idest lixa vel servus militum vel nuntius cursatilis, unde Plautus[108] 'video calculam militarem'. [24] Calco componitur[109] **conculco** -as, **deculco** -as, quod et **decalco** invenitur, idest opus tectorum dealbare; [25] **exculco** -as, **inculco** -as, **perculco** -as, **reculco** -as, et sunt omnia activa, et eorum significationes facile est colligere.

C 9

[1] CALVO -as -are, facere aliquem calvum, sed non est in usu; sed inde dicitur hic **calvus** -vi, et adiective invenitur **calvus** -a -um, unde hic **calvulus** -li diminutivum, [2] et hic **calvaster** -stri similiter diminutivum, et hec **calvities** -ei, et hoc **calvitium** -tii, [3] et hec **calvaria** -e locus patens super duo supercilia, unde in Evangelio[110] legitur quod locus in quo deca-

[97]*om. R* [98]est in animo... molestiam *om. P* [99]*sic codd. sed cf. Isid. 18, 67* calculi [100]per artis *P* [101]*om. P* [102]*om. P* [103]*cf. Osb. C vi 23* calcidicum (caldicum *v. l.)* [104]*cf. Gloss. V 596, 42 (sed* fori *V 174, 4)* [105]cauculus *R* [106]cauculosus *R* [107]*cf. Osb. C vi 24* cacula *(sed* calcula *v.l.)* [108]*Trin. 721* video caculam militarem [109]*om. P* [110]*cf. Hier. in Matth. 27, 33* loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum et Calvariae, id est decollatorum, sumpsere nomen

pitabantur[111] latrones locus calvarie appellabatur, propter scilicet calvarias abscissorum capitum que ibi iacebant vel propter ossa calva existentia ibi.

[4] Item a calvus **calvo** -vis -vi calvere, idest decipere, verbum activum et caret supino. Deberet enim facere calvitum, sed non invenitur, et est tractum a calvo, qui quodam modo decipit videntes per galerum vel alio coopertorio, [5] unde **cavillo** -as, quod et **cavillor** -aris invenitur, et est diminutivum, et deberet dici calvillo -as, sed subtrahitur l et dicitur cavillo -as, quod est aliquantulum decipere, et proprie verbis, et pertinet hoc verbum maxime ad sophistas, qui verum scienter impugnant vel falsum scienter affirmant. [6] Item cavillare invenitur pro deridere vel contendere[112] vel conviciose iocari vel calumniari.

[7] Item a calvo -vis hec **cavilla** -le, idest cavillatio et contentio[113], rixa, unde Plautus (*Aul.* 638) 'pone hoc sis, aufer cavillam', et hec **calumnia** -e idest falsi criminis accusatio vel iurgium aliene litis, [8] unde **calumnior** -aris idest reprehendere, falso accusare, sed antiqui dicebant **calumnio** -as; et **calumniosus** -a -um. [9] Calvo -as componitur **decalvo** -as, idest calvum facere vel decapitare et calvariam auferre.

C 10

[1] **CALCOS** dicunt Greci et vertitur in Latinum, et dicitur hic **calcus** idest fex vel es, unde hec **calcosmaragdus** quedam gemma quia sit viridis et turbida ereis venis[114], [2] et hec **calcitus**[115] -ti alia gemma erei coloris, et hec **calcofanis** similiter gemma et est nigra, sed lapidi illisa eris tinnitum reddit, et hoc **calcantum** quoddam genus coloris dictum sic quia calci est timum, idest flos, [3] unde et apud Latinos eris flos appellatur: est genus[116] glebarum ex aquis, sicut est nitrum et sal et huiusmodi; et **auricalcum** dicitur a calcos, quod superius iam diximus[117].

C 11

**CALLAICA**, gemma[118].

C 12

**CALASIS**[119], genus tunice.

[111]decapitabantur homines scilicet *P* [112]contemnere *R* [113]contemptio *R* [114]venenis *P* [115]*cf. Isid. 16, 15, 9* chalcitis [116]*om. P* [117][diximus, vel a calcos, quod est malum, quia malum aurum esse censemus *Mo*] [118][gemma est vel genus unguenti *Mo*] [119]*cf. Cremascoli 1994 p. 211*

C 13
**CALEPTRA**[120], genus mitre.

C 14
**CALTULUM** genus cinguli est, a coacto loro[121] dictum.

C 15
**CALADRION**, animal.

C 16
**CALPAR**[122], genus fictilis vasis.

C 17
**CALTA**, genus floris.

C 18
**CALICULARIUM**, medium estatis vel hiemis.

C 19
**CALEON**, quasi humilis leo.

C 20
**CALIXICA**[123], exinanita.

C 21
**CALASTICA** grece, latine purgatoria, et est genus unguenti **calasticum**.

C 22
[1] **CAIN** possessio interpretatur, quod pater eius exprimens ait[124] 'Cain, id est possedi hominem per Deum'. Idem et lamentatio, quia pro interfecto Abel interfectus sit et penam sui sceleris dederit, [2] unde per derivationem dictus est Cainam, quod lamentatio vel possessio eorum

[120] *cf. Osb. C lviii 60; c 35; c 363; c 688* Caliptra [121] loco *R cf. Isid. 19, 33, 4* [122] *cf. Osb. c 554* [123] calxica *R cf. Gloss. IV 29, 15* [124] *Vulg. gen. 4, 1* Cain dicens possedi hominem per Dominum (deum *v. l.*)

interpretatur[125], sicut enim Cain possessio, ita derivatum nomen quod est Cainam possessio facit[126] eorum; et a Cain **Caiani** dicti sunt quidam heretici, quia Cain adorant.

C 23

**CAYPHAS** investigator vel sagax vel vomens ore interpretatur; inique enim ore suo iustum damnavit, quamvis hoc ministerio[127] prophetali annuntiasset[128].

C 24

[1] **CAMI** grece dicitur breve et humile, unde hic **campus**, proprie planities terrarum, sic dictus quia sit humilis et brevis pedibus, non erectus ut mons sed iacens, unde et grece pedion dicitur, [2] et inde hic **campulus** et hic **campellus** ambo diminutiva, et hic et hec **campester** vel **campestris** et hoc -stre adiectivum, et hoc **campestre** substantivum, idest vestis gladiatorum qua tantum genitalia teguntur, dicta sic quia, cum[129] iuvenes nudi in Campo Martio gladiaturam exercebant, illa veste pudenda cooperiebant; [3] et nota quod campestria alio nomine dicuntur lumbaria, succinctoria, perizomata; et hic **campio** -nis gladiator vel in campo duellum exercens, idest[130] pugnator, qui et **canfio** -nis dicitur, [4] et hec **Capua**, civitas, a camporum planitie in quibus sita est, unde et hec **Campania**, provincia cuius caput est Capua; vel dicitur Capua a Capi eius fundatore, de cuius nomine dicta est civitas Capua; [5] vel[131] a capacitate, quia eius terra omnem vite[132] fructum capiat, unde Campania; vel a camporum planitie. Unde **campanus** -a -um gentile, et hec **campana**, quia eius usus primum ibi repertus est, [6] unde hec **campanula** et hec **campanella** ambo diminutiva, et hic **campanarius** qui facit campanas, unde hec **campanaria** eius uxor vel que campanas facit, et hoc **campanile** -lis, turris in qua morantur campane.

[7] Item a cami hec **cama** -e, genus lecti brevis et circa terram, quod et[133] hoc **cama** -tis invenitur in Ambrosio De officiis[134], [8] unde hec **camisia** -e, quia in ea dormimus in camis, idest in stratis nostris, vel dicitur sic quia primum olim fiebant de cannabe; unde **camisiola** diminuti-

[125]vel... interpretatur *om. P* [126]interpretatur *P* [127]*cf. Isid.* 7, 10, 7 mysterio (ministerio *v. l.*) [128]quamvis... annuntiasset *om. R* [129]*om. P* [130]hic *P* [131]dicitur Capua... vel *om. P* [132]*sic Va:* terre *PRLa* [133]*om. P* [134]*non repperi*

vum, et **camisiatus** -a -um qui habet vel indutus est camisiam. [9] Item a cami hic **camus** -mi, quoddam genus freni vel pars, quod vulgo dicitur molinel, vel camus est capistrum; vel derivatur a campso -as, sicut postea dicetur; [10] et hic **camelus** -li, quia cum cameli onerantur, ut breviores et humiles fiant, accubant; vel a camur, quod est curvum, dicitur camelus quia curvus est dorso, sed hoc postea dicetur.

[11] Item a cami hec **cameleon**, quedam herba que latine vascarago dicitur, quia viscum gignat in quo inherent aves que propria voluntate descendunt ad escam, [12] et hec **camedrios** alia herba, sic dicta quia sit brevis et per terram strata, et per compositionem hec **camimelos**, quedam herba, sic dicta quia mali maciani odorem[135] habeat et sit brevis et terre vicina, [13] et similiter per compositionem hec **camipetos**[136], quedam herba, sic dicta quia terre adhereat et odorem pini habeat; hanc Latini cucurbitularem vocant, quia ex parte odorem cucurbite referat.

C 25

[1] **CAMPSO** -as verbum activum, idest flectere, plectere, unde hic et hec **campsatilis** et hoc -le, idest plectilis, flexibilis, unde hic **camus**, idest capistrum, quia reflectat[137] equum huc et illuc, [2] et hic **caminus** ignis vel fornax quia flammas in se reflectat, unde hoc **cauma**, idest incendium, quod componitur cum cacos vel cecum[138] et dicitur hoc **cecauma**[139] -tis, idest cecum incendium. [3] Et nota quod invenitur campso -as in alia significatione; cambio enim -bis, quod est aliquid commutando pro aliquo dare, facit preteritum campsi et non cambivi et supinum campsum et non cambitum, et verbale **campsor** et non cambitor, et ultimi supini u mutata in o fit **campso** -as, frequentativum[140], idest frequenter cambire.

C 26

[1] **CAMUR** grece, latine curvum dicitur, unde **camurus** -a -um et **camerus** -a -um, idest curvus, unde et **camera** dicitur curvatura, [2] unde hec **camera** dicitur locus secretus ubi cubamus, eo quod quedam curvatura solet[141] in ea[142] esse[143] in superiori parte quasi ad modum celi, que et testudo dicitur et lacunar; [3] et a camera hic **camerarius**, unde hec came-

[135]colorem *P* [136]*cf. Isid. 17, 9, 86* Chamaepitys (Camipetos *v. l.*) [137]replectat *R* [138]centum *P* [139]centauma *P* [140]*om. R* [141]sit *corr. ex* solet *P* [142]in ea *R om. cett.* [143]esse *PRLa:* habere *VaMoAm*

**raria**, et hic **camillus** -li, idest puer ingenuus qui cameram solet frequentare, hinc quoque hec **camilla** -le dicitur pro puella ingenua. [4] Inveniuntur et hee due partes in alio sensu, scilicet[144] pro pueris sacerdotum, unde Macrobius De Saturnalibus[145] 'camillos -inquit- et camillas appellabant flaminum et flaminicarum preministros', et secundum hoc tantum valet camillus quantum minister, et camilla quantum ministra, unde et Mercurius invenitur appellari camillus, quia minister est deorum. [5] Item a camera **camero** -as, idest curvare vel cameras facere vel cameris[146] preparare et distinguere, et est activum. [6] Item a camera **cameratus** -a -um, idest curvatus vel cameris ornatus, et componitur **bicameratus** -a -um et **tricameratus** -a -um.

[7] Item a camur pluraliter hii **camures** -rum, idest boves alti et decurvati, vel a cami, quod est breve, quia habent cornua brevia, et hec **cumera** -re quoddam vas frumentarium de festucis vel viminibus curvatis factum, [8] et hic **camelus** -li, quia incurvus sit dorso, unde hic **cameleon**[147] -ontis quoddam animal, et dicitur sic quia, licet sit aspersus maculis albis ut pardus, collo equo similis, pedibus bubalis, capite tamen camelo est similis; et hic **camelus** -li idest funis nauticus.

C 27

**CAM** interpretatur calidus, ex presagio futuri sic dictus; posteritas enim eius eam terre partem possedit, que vicino sole calentior est, unde et Egyptus usque hodie lingua Egyptiorum **Cham** dicitur.

C 28

[1] **CANO** -nis cecini cantum verbum est polisenum[148]; cano aliquando[149] significat simpliciter cantare, sed[150] aliquando divinare, ut ibi (Verg. *Aen.* 6, 76) 'ipsa canas oro', aliquando dicere, ut ibi (Lucan. 1, 457-58) 'longe, canitis si cognita, vite mors media est', aliquando laudare, ut ibi (Verg. *Aen.* 7, 698) 'regemque canebant', idest laudabant, [2] aliquando metrice describere, quomodo accipitur in principiis poetarum, et est poetarum[151] sicut dicere est prosaicorum, et in duabus primis significationibus est neutrum[152], in aliis activum; [3] unde verbalia, et hic **cantus**

[144] *om. P* [145] *3, 8, 7* camillos et camillas appellant flaminicarum et flaminum praeministros [146] cameras *R* [147] *sic VaMo:* carmeleon *cett.* [148] polisemum *P sed cf. S 86* senos [149] *om. R* [150] *om. P* [151] et est poetarum *om. P* [152] neutrum scilicet pro cantare et divinare *R*

-tus -tui, unde **cantilena**, quod videtur esse compositum a cantus et lenis; non enim dicitur esse cantilena nisi sit cantus dulcis et lenis[153] et suavis et non asper; [4] et hoc **canticum**, unde quidam liber intitulatur per excellentiam **Cantica canticorum**; et **canto** -tas verbum frequentativum, a quo descendit aliud frequentativum scilicet **cantito** -tas, unde Augustinus De civitate Dei[154] 'cur ludi scenici[155] ubi hec dictitantur, actitantur, cantitantur'. [5] Canto componitur **accanto** -as, idest iterum vel iuxta cantare, **concanto** -as, idest simul cum alio vel simul plura cantare, **decanto** -as, idest valde cantare, et **discanto** -as, [6] et **excanto** -as, idest discantare, et **incanto** -as et **recanto** -as, idest iterum vel retro cantare[156].

[7] Item a cano hic **canuxius**[157], verbosus, loquax, dicax, seminiverbius, multilinguis, multicrepus, et hic **cantus** -ti pro cantu et pro meditullio rote, vel, quod melius est, cantus est curvatura vel circumferentia rote, scilicet lignum quod terram calcat cui radius infigitur, unde Persius[158] 'vertentem sese frustra sectabere cantum', [8] et hic **canor** -ris idest sonus, unde **canorus** -a -um, et hic **cantarus** -ri quoddam vas vinarium, scilicet crater qui cantando portatur, unde Iosephus De antiquitatum historia in septimo[159] 'ex quo Salomon cantaros optimos effecit cum templum edificaret'. [9] Invenitur etiam hic **canterius** -rii, idest equus castratus, unde Plautus[160] 'ego faxim ut mali qui superant equi sunt viliores Gallicis canteriis'.

[10] Item a cano hec **Camena** idest cantilena vel musa quasi canens amene, et hee **cantes**[161] -tium, idest fistule organorum in quibus cantus temperatur vel, ut Martiano placet, **Cantes**[162] dicuntur dee ornamentorum[163], unde idem ait[164] 'quippe ille Cantes dicebantur et quicquid apprehendebant venustabant'; [11] et a preterito cecini hic **cignus**, quia[165] bene canat, et hic **cignulus** -li diminutivum, et **cigninus** -a -um, et

[153]non enim... lenis *om. P* [154]*4, 26, 3-4* Cur ergo ludi scaenici, ubi haec dictitantur cantitantur actitantur [155]scenici *(corr. ex* cecini*) P:* cecini *cett.* [156]decanto... cantare *om. P* [157]*cf. Cremascoli 1994 pp. 213-14 Marinoni 1988 p. 648* [158]*5, 71* vertentem sese f. s. canthum [159]*Cassiod. Ios. antiq. 7 p. 190, 39-40* ex quo etiam Salomon illud magnum vas, quod mare magnum vocabatur, effecit et optimos cantharos, cum deo templum aedificasset [160]*Aul. 494-95* ego faxim muli, pretio qui superant equos, / sient viliores Gallicis cantheriis [161]*cf. Cremascoli 1994 pp. 204-05* [162]*cf. Cremascoli 1994 ibid.* [163]*sic VaMo:* organorum *cett.* [164]*Mart. Cap. 2, 132 p. 41, 16-17* quippe illae Charites (cantes *codd.*) dicebantur, et quicquid apprenderant venustabant [165]qui *R*

**cigneus** -a -um, et hic **cignitus** -tus -tui vox cigni, [12] et secundum quosdam **concinnus** -a -um dicitur a cigno, idest concors et consolans sicut cantus cignorum, sed de hoc, Deo volente, postea dicemus. [13] Item a cignus dictus est quidam amnis Cilicie hic **Cignus**, tum quia miram habet suavitatem aquarum, tum quia autumno et estate, quando nives solvuntur, tumescit (quadam enim lingua quicquid est candidum dicitur cignus), reliquis anni temporibus tenuis est[166] et quietus.

[14] Item a cano hec **canna**, quia ea canitur, unde[167] hoc **cannetum** -ti, locus ubi canne crescunt, et hec **cannula** et hec **cannella** ambo diminutiva, et hoc **cannabum** -bi propter similitudinem canne, vel a greco canabin quod Greci dicunt. [15] Unde hec **cannabis** -bis pro eodem et pro corda inde facta, unde Persius (5, 146-47) 'tibi torta cannabe fulto cena sit in transtro'. Item a canna[168] hec **canalis** et hoc **canale**, quia cava sit in modum canne, [16] et hoc **cinnamum** vel **cinnamomum**, et est brevis arbuscula cuius fructus dicuntur stacte, et dicitur cinnamum vel cinnamomum quia cortex eius in modum cannarum sit rotundus et tenuis, et tam cortex quam arbor ipsa dicitur sic; [17] et a cinnamum et lego dicitur hic **cinnamolegus** et qui legit cinnama et quedam avis Arabie, quia legat et texat nidum ex fructibus cinnami. [18] Item a canna hoc **canistrum**, quia de cannis fissis[169] texitur, vel a canus -a -um dicitur quia cana, idest poma que sunt cana idest lanuginosa, ibi ponuntur, unde hoc **canistrellum** -li diminutivum.

[19] Item a cano vel canor -ris hic et hec **canis**, unde hic **caniculus** et hec **canicula** ambo[170] diminutiva; **Canicula** etiam dicitur quedam stella in quam mutata fuit canicula Ycari, unde hic et hec **canicularis** et hoc -re, ut dies caniculares in quibus canicula regnat. [20] Item a canis **canicus** -a -um, et **caninus** -a -um, et hic **catulus** diminutivum, a quo **catellus**, unde **catellulus** et hic **catulaster** -stri omnia diminutiva, [21] et sunt[171] catuli proprie filii canum, abusive tamen filii quarumlibet bestiarum dicuntur catuli; [22] et a catulus **catula**, a catellus **catella**, a catellulus **catellula**, a catulaster **catulastra**. [23] Item a catulus hic **catilio**[172] -nis, idest glutto, degulator qui quadam gulositate ad modum catuli per domos[173] discurrit, et **catiliosus** -a -um, idest avidus et gulosus sicut catu-

[166]*om. R* [167]*om. P* [168]cano *R* [169]fixis *P* [170]*om. P* [171]sunt *P ex* cum*: om. R* [172]*sic LaMoAm:* catulio *(corr. ex* catilio*) PVa* catillo *R* [173]mundum *R*

lus est ad escam; [24] vel canis dicitur a cinos greco quod canis dicitur latine, et inde **cinicus** -a -um et **cinedus** -a -um in eodem sensu, idest caninus; [25] dicuntur etiam **cinici** vel **cinedi** molles et effeminati vel immundi sicut canes, qui publice coeunt et ad vomitum redeunt, vel dicuntur sic satirici et reprehensores quia reprehensione ledunt sicut canis morsu. [26] Iuvenalis (2, 9-10) 'castigas turpia, cum sis inter Socraticos notissima fossa cinedos?'. [27] Persius (1, 133) 'si cinico barbam petulans nonaria vellat'. Unde per excellentiam immunditie quidam philosophi dicti sunt Cinici, qui publice et in propatulo cum uxoribus concumbebant predicantes publice esse concumbendum cum uxoribus in vicis et plateis ad modum canum, quia coniugium iustum est. [28] Item a cinos hec **cinomia** -e, idest musca canina et venenosa, et hec **cinifex** -cis vel **cinifex** indeclinabile pro eadem vel pro alio genere parvarum muscarum, scilicet pro zinzala. [29] Et a cinos et cephas dicitur hic **cinocephalus** -li, gens habens caput ad modum canini capitis, et etiam quoddam genus simiarum sic dicitur. [30] Item componitur cum glossa, quod est lingua, et dicitur hec **cinoglossa**, quedam herba de similitudine lingue canis sic dicta, vel quia ad morsum caninum trita cum sale imposita succurrat. [31] Cano componitur cum cornu et dicitur hic **cornicen** -nis qui[174] canit cum cornu, unde hec **cornicina** que cum cornu canit, et hic **tubicen** -nis qui canit cum tuba, unde hec **tubicina**, et hic **fidicen** qui canit cum fide, idest corda, unde hec **fidicina**, [32] hic **liricen** qui canit cum lira, unde hec **liricina**, hic **cicuticen** qui canit cum cicuta, unde hec **cicuticina**; [33] et hic **tibicen**, penultima producta: omnia enim composita a cano canis et nominibus instrumentorum corripiunt penultimam, ut tubicen, excepto uno solo quod producit penultimam, scilicet tibicen, quod est[175] qui canit cum tibia, unde et **tibicina**.

[34] Item[176] cano componitur cum os et dicitur hic **oscen** oscinis, qui ore canit vel foliis vel alio modo[177], ut decipiat aves; dicuntur etiam **oscines** aves quelibet ore canentes, idest cantu augurium facientes, unde Martianus Capella (1, 10 p. 6, 7-8) 'quibus formare solitus et volucrum diversos meatus et oscinum linguas'. [35] Componitur quoque cano **accino** -nis accinere accentum, idest iuxta vel iterum canere vel concorditer, unde **accentus** -tus -tui, quia omnes alie sillabe posite in dictione accinuntur et subserviunt et inclinantur illi sillabe supra quam est principalis

[174]quia *P* [175]quod est *om. P* [176]*om. P* [177]*sic LaVa: om. PR*

accentus, ut quasi sub accentu illius proferantur, unde **accentuo** -as, idest accentuatim proferre. [36] Invenitur quoque **accento** -as, et est frequentativum huius verbi accino -is, vel potest esse in eodem sensu in quo accentuo. [37] Item componitur **concino** -nis, idest simul vel concorditer canere, unde **concentus** -tus -tui idest convenientia et concordia et proprie in cantu, et **concinnus** -a -um secundum quosdam, de quo postea dicemus; [38] **precino** -nis idest valde canere vel ante, unde hic **preco** -nis qui quodam preconatu aliquid annuntiat; preco etiam dicitur mercator quia quodam preconatu invitat ad merces suas emendas; [39] unde hic **preconatus** -tus -tui talis annuntiatio, et hoc **preconium** -nii similiter, et dicitur preconium laus vel annuntiatio laudis: ponitur quandoque simpliciter pro annuntiatione sed proprie in bono. [40] Item a precino hic **precentor** qui in ecclesia vocem premittit in cantu, unde **precentus** eius dignitas, vel **precantus**. [41] Item componitur **occino** -nis idest canere vel contra vel undique canere vel concinnare, concantare, vel infame[178] carmen cum certo nomine dicere, unde **occento** -tas frequentativum, unde Augustinus De civitate Dei in secundo[179] 'si quis occentavisset vel carmen condidisset'. [42] Dicimus quoque[180] **occano** -nis occanui, unde Sallustius[181] 'iussu Metelli celeres cornicines occanuere tubis'. [43] Item componitur **recino** -nis, idest iterum vel retro canere vel recitare; **succino** -nis, idest parum vel sub vel voce remissa canere vel postea, unde **succentor** dicitur in ecclesia qui post precentorem subsequenter canendo respondet; [44] et nota quod omnia composita a cano -nis mutant in presenti a in i, sed in supino in e, excepto occano, et omnia faciunt presens in -cino, penultima correpta, et preteritum in -cinui et supinum in -centum, excepto occano; et omnia sunt neutra; [45] recino tamen potest esse[182] activum pro recitare. Si tamen composita a cano redoleant aliquam vel utramque illarum significationum secundum quas censuimis cano esse activum, sine dubio erunt activa.

C 29

[1] **CANDEO** -des -dui verbum neutrum et caret supino, idest albere vel calere; et est tractum a ferro quod candere ponatur pro calere, quia fer-

[178] *sic VaMo:* in fine *cett.* [179] *2, 9, 19-20* si quis occentavisset sive carmen c.
[180] enim *P* [181] *hist. frg. 1, 135* Iussu Metelli Celeris cornicines occanuere tubis
[182] *om. P*

rum quanto candidius tanto calidius; unde hic **ciner vel cinis**, quia ex candore et incendio fiat, [2] unde hic **cinisculus** idest parvus cinis, et **cinereus** -a -um, et **cinericius** -a -um in eodem sensu; et per compositionem **subcinericius** -a -um sub cinere coctus, et **subcinerizo** -zas, idest sub cinere coquere, et est activum; [3] et **cinerulentus** -a -um idest plenus cinere, unde Ambrosius Super Egisippum[183] 'cinerulenta canitie, et scisso amictu'. Item a cinis hec **cinerica**, et sunt cinerice oves cinereum habentes colorem.

[4] Item a candeo **candidus** -a -um, quod comparatur -dior -simus, unde **candide** -dius -sime adverbium; et differt candidum ab albo: album enim[184] de natura est, candidum de artificio, unde et dicitur candidum quasi candori datum. [5] Item album quodam pallore admixtum, sed candidum quadam luce aspersum; et a candidus **candidulus** -a -um diminutivum, unde **candulus** -a -um per sincopam, unde Iuvenalis[185] 'prebenda est gladio pulchra hec et candula cervix'. [6] Invenitur quandoque **candiculus** -a -um, idest candidus vel candidulus, unde Marbotus in libello de lapidibus[186] 'tertia candiculis tribus est inscripta lituris'. [7] Item a candidus hic **candor** -ris, et **candido** -das verbum activum, idest facere candidum, et hec **candela** -le quia accensa candeat, unde **candelabrum** quasi candelaferum, quia ferat candelam, [8] et **candico** -as -are verbum neutrum, idest candere vel aliquantulum candere ut sit diminutivum, unde Martianus Capella[187] 'ipsius canities pruinosis nubibus candicabat'.

[9] Item a candeo hec **cicendela** genus scarabeorum, quia volans candeat idest luceat, et hoc **cicendelum**, idest turibulum vel lichnus, et ponitur pro candela. Item a candeo pluraliter hee **candes** -dium, idest quedam vasa fictilia, [10] et hic **candus** -di vestis regia, et hic **candidarius**, idest pelliparius, qui coria facit alba; candidarius etiam dicitur qui lavat pannos, unde hec **candidaria** lotrix.

[11] Item a candeo **candesco** inchoativum, et per compositionem **excandeo**, idest valde candeo, unde **excandesco** inchoativum; [12] **incandeo**, idest intus vel valde candeo, unde **incandesco** inchoativum, **recandeo** iterum candeo, unde **recandesco** inchoativum[188]; et est neutri

[183] *sic Va: om. PRLa; Heges. 5, 53, 1 p. 414, 6-7* [184] vero *P* [185] *10, 345* praebenda est g. p. h. et candida cervix [186] *Marbod. lap. 549* Tertia candidulis tribus est inscripta figuris (lituris *v. l.*) [187] *1, 70 p. 22, 4* ipsius autem canities pruinosis nivibus (nubibus *v. l.*) candicabat [188] *sic* (recandeo... inchoativum) *VaMoAm: om. PRLA*

generis candeo[189] cum omnibus suis compositis que non mutant coniugationem. [13] Item componitur cum ad et dicitur **accendo** -dis, et **concendo** -dis, et **excendo** -dis idest valde accendere, et **incendo** -dis, [14] unde hoc **incensum** et **incentivus** -a -um, et hoc **incendium**[190], quod incendit, ut estus libidinis, et **precendo** -dis, idest ante vel valde accendere, et **succendo** -dis latenter accendere, et sunt, omnia ista composita a candeo que mutant coniugationem, activa.

[15] Item a candeo **caneo** -nes -nui verbum neutrum et caret supino, unde **canus** -a -um et comparatur canior -simus, unde **cane** -nius -sime adverbium, [16] et hec **canities** -ei, et hec **canitudo** -nis in eodem sensu, unde Plautus[191] 'stultus, inquit, adversus etatem et huius capitis canitudinem', [17] et **canutus** -a -um, et hic **canus** -ni tam pro illo qui canet quam pro capillo qui in capite canet; canus componitur **incanus** idest non canus vel valde canus, unde Ovidius Metamorphoseos in V (8, 802) 'labra incana situ', et **precanus** -a -um, idest ante tempus congruum canus.

[18] Item a caneo **canesco** -cis quod **canisco** invenitur, quasi a verbo tertie coniugationis; caneo componitur **concaneo**, idest simul canere, **incaneo**, idest valde canere, **precaneo**, idest intempestive canere, **recaneo**, idest iterum vel[192] retro canere vel simpliciter canere, et producitur in hoc verbo caneo hec sillaba ca, unde debet dici incanet, penultima producta[193].

C 30

[1] Hic **CANON**[194] -nis grece, latine dicitur regula, unde **canonicus** -a -um idest regularis, quod et substantive dicitur hic **canonicus**, et hec **canonica** tam pro femina regulari quam pro ecclesia ubi regulares morantur, quelibet tamen ecclesia invenitur dici canonica; [2] nam in qualibet ecclesia[195] regulariter deberet vivere quilibet. Ergo caveat quis[196] sic coniungere: 'canonicus regularis'; idem enim est quod 'canonicus canonicus'[197] vel 'regularis regularis', et similiter dicitur incongrue[198] 'canonicus secularis': idem enim est quod 'regularis secularis', quod nichil est, ac si diceretur 'album nigrum'. Non enim est canonicus si non est regularis, nec e converso. [3] Usus tamen quorundam sic habet, qui magis noverunt esse

[189] *om. P* [190] incentivum *ex* incendium *P* [191] *frg. 125* Stultus est advorsum aetatem et capitis canitudinem [192] *om. P* [193] penultima producta*:* producendo ca *R* [194] camon *P* [195] *om. P* [196] *om. P* [197] *om. P* [198] *sic LaVaMoAm:* inconvenienter *R* in.v. *P*

seculares in canonica quam regulares in seculo. Si tamen ecclesia, causa differentie distinguende, ita velit uti, non consentiendo non contradicimus. Sepe enim[199] per dictiones non congrue iunctas intellectum generamus competentem.

C 31

**CHANAAM** filius Cham interpretatur motus eorum; quod quid est aliud nisi opus eorum? Pro motu enim patris, idest pro opere eius, maledictus est; a quo **Chananei** dicti sunt, quorum terram[200] Iudei possederunt, illis expulsis.

C 32

[1] **CANTABER** -bra -brum et hic **Cantaber** populus est Hispanie, a nomine urbis et Iberi amnis cui insidet sic dictus; [2] et hoc **cantabrum** -bri, idest purgamentum frumenti vel farine vel cibus caninus quo canes pascuntur. Unde et ab hoc nomine 'canis' cantabrum videtur dici.

C 33

**CANA** vicus est Galilee, unde Symon dictus est **Cananeus**, quod interpretatur possessio vel possidens.

C 34

**CANONIANI** quidam heretici, idem et **Anomiani**, qui latine sine nomine dicuntur.

C 35

**CANOLA**[201], regio.

C 36

**CANTARIDA**[202] vermis terrenus qui, postquam humano corpori fuerit applicitus, sui adustione vesicas efficit plenas humore.

C 37

[1] Hic **CANOBUS** -bi fuit gubernator Menelai et, mutata b in p, dicitur hic **Canopus**, idest quedam civitas Egypti a Canobo[203] ibi submerso,

[199]quidem *P* [200]terra *R* [201]Carola *P* [202]*sic Va:* candarida *PLa* canceria *R* [203]canopo *R*

unde et Egyptus dicta est **Canopus** vel **Canopia**, [2] unde **canopicus** vel **canopius** -a -um, idest egyptiacus, et hoc **canopeum** -ei, idest subtilissima cortina ad instar retium plexa, texta et fenestrata, unde lectuli nobilium ornantur ad arcendos culices et muscas, et dicitur sic quia in Egypto huiusmodi rete precipue habeatur, unde Iuvenalis[204] 'ut testudineo[205] tibi, Lentule, canopeo'. [3] In eodem sensu invenitur in Iudith[206]. Vel, ut alii dicunt, derivatur a conus, quod est summitas galee. Item a canopus hic **pellicanus** avis egiptia in solitudine Nili habitans et, secundum hoc, corripit penultimam, vel componitur a pelle et canus, quia habeat pellem canam, et secundum hoc penultima producitur[207].

C 38

[1] Hic **CANCER** -cri, idest piscis quidam, a concha, quia sit concha, et quoddam signum celeste sic dicitur; unde hic **cancer** -ris morbus quidam. Item a[208] cancer -cri dicitur **cancellus** et forceps[209], unde **cancellulus** diminutivum[210]; [2] vel cancellus dicitur a **caus**[211] cai, quod similiter cancellus dicitur; et est **cancellus** ala palatii, parvum foramen parietis, interstitium inter propugnacula murorum, paries sine tectura, sicut qui claudit chorum; [3] et a cancellus **cancello** -las, idest cancellum construere, et hic **cancellarius**, ille qui facit cancellos, et **cancellarius** dicitur in curia imperatoris ab illa significatione secundum quam cancellus dicitur ala palatii, quia semper habitat[212] in cancello, idest in ala palatii; [4] cum enim thesauri imperatoris essent in custodia eius, ipse iuxta thesaurum manebat[213], qui erat repositus in cancello. Vel dicitur **cancellarius** a cancello secundum illam significationem secundum quam cancellus dicitur interstitium muralium, et fuit hoc tractum a Palestina regione, ubi tecta desuper[214] cacuminata non erant, sed iacebant in planum prostrata; [5] elevabantur enim[215] parietes circumquaque ad modum muralium; illa vero interstitia que sunt inter propugnacula dicuntur proprie cancelli. [6] Qui vero missas epistolas recitare volebat populo in regione Palestina,

[204] *6, 80* ut t. tibi, Lentule, conopeo [205] *om. P in lacuna* [206] *Vulg. Iudith 10, 19 (et alibi)* conop- [207] [producitur; fertur, si verum est, eam occidere natos suos eosque per triduum lugere, deinde se ipsam vulnerare et aspersione sui sanguinis vivificare filios suos *Mo*] [208] hic *P* [209] cancellus et forceps *PLaVaMo:* cancellus *R* cancellus et fores *Am* [210] cancellulus diminutivum: hic cancellus -li *P* [211] *cf. Gloss. IV 103, 8* kai cancelli [212] habitabat *P* [213] remanebat *P* [214] super *P* [215] vero *R*

antiquitus ascendebat super tectum et de cancellis recitabat. Et inde inolevit usus ut, qui litteras principibus missas habent exponere, cancellarii usitato nomine dicantur; unde hec **cancellaria** tam pro illa que habet illud officium, quam pro uxore cancellarii et eius dignitate.

C 39

[1] Hoc **CHAOS** et hoc **chaon** indeclinabile, et hic **chaus** chai, et hic **chaos** -oy idest profunditas, fossa vel confusa caligo vel confusio rerum vel initium rerum, scilicet yle in qua omnia fuerunt confusa et commixta, et a qua omnia; [2] unde hic **cous** coi[216] pars celi, scilicet quo celum continetur vel ipsum celum, quia ex chao putaverunt quidam celum formatum esse, unde Ennius[217] 'vix in[218] mediam pilam sol complere coum terroribus celi'. [3] Vel chaos pro initio rerum componitur **inchoo** -as, idest incipere, vel componitur a chaos secundum quod accipitur pro confusione rerum, quia cum res incipitur adhuc quasi in chao est, vel inchoare quasi contra chaos facere; et hinc verbalia, et est activum.

C 40

[1] **CAPIO** -is cepi captum, verbum activum, idest obtinere, invadere, circumvenire, unde verbalia, et hec **captura** -re et hic et hec et hoc **capax**, qui aliqua in se potest capere et continere, et comparatur -cior -simus, [2] unde **capaciter** -cius -sime adverbium, et hec **capacitas** -tis idest domus vel alterius rei amplitudo vel continentia, et **capaculus** -a -um diminutivum, idest aliquantulum capax. [3] Item a capio hic **capsus** idest carruca undique contecta, quasi capsa[219], quia multa capiat, et hec **capsa** idest cista ubi aliquid reponitur, quod et pro qualibet parva domo dicitur, et inde hec **capsula** et hec **capsella**, ambo diminutiva.

[4] Item a capio hec **capis** -dis quoddam vas unde Aruntius[220] 'capis, inquit, est quoddam genus vasis pontificalis', et facit diminutivum hec **capidula**[221]. Invenitur etiam hoc **capi** indeclinabile pro quadam mensura, sicut in Libro Regum[222] reperitur, similiter a capio. [5] Item a capio **captivus** -a -um, quasi captus vel quasi capite diminutus, unde et sic dicitur[223] apud legistas: ingenuitatis enim fortuna ab eo excidit; unde hec

[216]chaus chai *P* [217]*ann. 545* vix solum complere cohum terroribus caeli [218]*om. P* [219]capax *P* [220]*apud Prisc. gramm. II 251, 13:* Arruntius: capis, vasis genus pontificalis [221]capidilla *P* [222]*Vulg. IV reg. 6, 25* et quarta pars cabi (capi *v. l.)* [223]*om. P*

**captivitas** -tis, et **captivo** -as verbum activum. [6] Item a capio hec **captentula** -le, idest subtilis verborum deceptio, sicut sunt sophismata. Martianus Capella[224] 'captentulis ludis illigantibus'.

[7] Item a capio hoc **caput** -tis, quia omnes sensus et nervi inde initium capiant et ex eo omnis vigendi causa oriatur: ibi enim omnes sensus apparent, unde ipsius anime, que corpori consulit, personam quodam modo gerit, unde hoc **capitulum** -li, diminutivum, idest parvum caput; [8] **capitulum** quandoque dicitur ille parvus locus in quo conveniunt[225] claustrales, etiam[226] quandoque ipsa congregatio claustralium dicitur capitulum, quandoque aliqua distinctio brevis in libro quolibet dicitur **capitulum**, [9] unde **capitulo** -as, idest capitulis aliquid distinguere, unde **capitulatim** distincte per capitula, et **recapitulo** -as, predicta ad memoriam reducere. [10] Item a capitulum hoc **capitellum**, diminutivum, in qualibet sua significatione, unde et capitella dicuntur que columnis superponuntur[227], quia columnarum sint capita quasi super collum caput, et hic et hec **capitularis** et hoc -re, quod convenit capiti vel capitulo, [11] et hoc **Capitolium**, quia ibi conveniebant senatores sicut in capitulo claustrales, unde vel dicitur a[228] caput quia sit quasi caput civitatis, vel quia ibi conveniebat caput civitatis[229], vel[230] quia Tarquinius Priscus, dum Capitolii fundamenta aperiret, in loco fundamenti caput hominis litteris tuscis notatum invenit, et inde Capitolium appellavit a capite et leos, quod est populus; unde **capitolinus** -a -um, idest de Capitolio existens. [12] Item a caput **capitatim**, quasi per capita, adverbium remissivum vel qualitativum, et hic et hec **capitalis** et hoc -le, et hoc **capital** vel **capitale** tam pro pecunia, vel pena capitali, quam pro sententia de capite puniendo. [13] Unde Terentius in Adelphis (722-23) 'nova' inquit 'capitalia'; et hec **caprona** iuba equina, quia sit capiti prona, et hoc **capululum**, et hoc **capedulum**, et hec **caleptra** in eodem sensu, scilicet mitra tegens caput, que et alio nomine dicitur pilleus, galerus, calamacus, caliendrum, comatium, caticulum; caleptra tamen proprie dicitur cofia equi; [14] et hic **capito** -nis quidam piscis a quantitate capitis sic dictus, et hic **capillus** -li quasi capitis pilus, unde hic **capillulus** -li diminutivum, et **capillosus** -a -um et **capillatus** -a -um, qui multos vel longos habet capil-

[224] *4, 423 p. 146, 13* captentulisve ludis illigantibus [225] continentur *P* [226] *om. P* [227] supponuntur *P* [228] *om. P* [229] *sic* (vel quia... civitatis) *LaVa: om. PR* [230] [vel quia fuerit Rome urbis et religionis caput summum vel *Mo*]

los, [15] et **capillo** -as idest capillatum facere, et est activum, et componitur **decapillo** -las, idest valde capillare vel capillos auferre, unde hoc **capillamentum**, idest **capillatura** vel coma arborum; item a capillus hoc **capillitium**, idest capillatura, unde Martianus Capella[231] 'draconibus circumplexa crebro et capillitio vulsa', [16] et hic **capellus**, quod et hoc **capellum** invenitur, quia capillos tegat vel caput, unde **capellatus** -a -um, et **capello** -as capello tegere; quod autem dicitur capellus quasi capitis pellis, ethimologia est et non compositio. [17] Item a capio hec **cassis** -dis, quia caput tegat, et est de ferro et est militum; hec galea de corio a galeron quod est corium et est peditum; et cassis facit accusativum cassidem vel cassida, unde et sumitur hec **cassida** -de, idem quod cassis; vel cassis dicitur a careo, quia intus sit cassa.

[18] Item a caput hic **capulus** -li, quia caput est gladii, vel a capio quia ibi capitur gladius ut teneatur, unde **capulo** -as verbum activum, idest scindere, secare, unde in Decretis Pontificum[232] 'lingua delatoris capuletur'; [19] **capulus** etiam dicitur lectus in quo mortui feruntur, quia super capita hominum feratur, unde hic et hec **capularis** et hoc -re, ut 'capularis' (Pl. *Mil.* 628) senex qui vicinus est capulo, idest morti; vel capulare pallium quod in capulo super mortuum fertur. [20] Item a capite hoc **capulum**, idest funis unde indomita animalia comprehenduntur, quia caput liget; et hoc **capistrum**, quia caput stringat, unde **capistro** -as verbum activum, idest capistro ligare, et nota quod capistrum in singulari numero est neutri generis, sed in plurali masculini et neutri, et hii capistri et hec capistra.

[21] Item a caput **capito** -tas quod non est in usu, sed componitur **decapito** -tas et ab utroque verbalia, et utrumque est activum; et nota quod **capitatus** potest esse nomen a capite, scilicet qui habet caput, et potest esse participium verbi passivi huius activi, scilicet capito, quod est alicui caput facere. [22] Caput componitur cum bis vel tris, quod est tria, et dicitur hic et hec et hoc **biceps** -pitis, **triceps** -pitis, qui habet[233] duo vel tria capita; [23] invenitur etiam hoc **biciput** et hoc **triciput**, idest geminum vel trinum caput; et cum occiduum, et dicitur hoc **occiput**, idest occidua et postrema pars capitis, unde Persius (1, 62) 'occipiti ceco, postice occurrite sanne', vel occiput componitur ab ob et caput[234] et dici-

[231] *2, 181 p. 51, 10-11* draconibus circumflexa (circumplexa *v. l.*) crebroque capillitio vulsa [232] *Gratian. decr. p. II c. V q. VI col. 552* [233] qui habet *om. R* [234] *om. P*

tur sic quasi contra caput, vel quia sit capiti retrorsum, et idem dicitur **occipitium**; [24] et cum sincerus, et dicitur hoc **sinciput** -tis, idest prior pars capitis quasi sincera et pura[235] et patens propter capillorum absentiam, unde Iuvenalis (13, 84-85) 'comedam, inquit, flebile nati sinciput elixi'; [25] et cum census, et dicitur hic **capitecensus** -sus -sui corona que in capite geritur vel taxatio possessionum, et **capitecensus** -a -um qui de suo capite annuatim reddit censum idest tributum, vel qui in capite gerit coronam; [26] et cum pre et dicitur hic et hec et hoc **preceps** -tis, qui cadit capite inclino[236] et corpore sequente, unde hoc **precipitium** fossa prerupta vel rupes, et **precipito** -as verbum activum, idest precipitem aliquem obruere; [27] et cum am-, quod est circum, et dicitur **anceps** -cipitis et est omnis generis, et est proprie anceps res que habet duo capita, unde et anceps dicitur homo cum dubitat utrum de duobus debeat facere, et anceps favor qui habet se ad duo, [28] unde et gladius dicitur anceps quia ledit ex utraque parte; ergo proprie anceps dubitans in duobus, sed dubius etiam in uno vel in pluribus.

[29] Item a caput hoc **capitium** idest os[237] tunice vel alterius vestis, unde in libro Iob[238] 'et quasi capitio tunice succinxerunt me', unde et **capitio** -as dicimus, idest capitium facere. [30] Item a caput hec **capa**[239], quia sit ornamentum capitis vel a capio quia capiat hominem, unde hec **capula** diminutivum et **capatus** -a -um qui habet vel qui indutus est capam, et hoc **capucium**, quod et **capule** -lis.

[31] Item a capio hoc **capsax**[240] -cis idest vas duodecim sextariorum, quod et masculini generis invenitur licet male; et hec **capanna** vilis casa palea cooperta, quia capiat tantum unum ut in vineis custodiendis, licet et alie dicantur capanne, sed improprie; [32] et hoc **capisterium**, vas quoddam cum quo frumentum purgatur; et hec **capedo** -nis idest ingenium vel studium vel spatium, unde per compositionem hec **intercapedo**, idest distantia localis ut inter duos parietes, unde Augustinus De civitate Dei[241] 'quanta diis ab infimis intercapedine dispescat[242]'.

[33] Item a capio hic **cupus** et hec **cupa** quasi capus vel quasi capa, et hic **caupo** -nis quia capiat vinum vel aquam; quod autem dicitur caupo quasi capiens **potum**, ethimologia est non compositio; qui[243] et alio nomi-

[235]pura pars capitis *R* [236]inclinato *R* [237]*om. P* [238]*30, 18* et quasi capitio tunicae sic cinxerunt ( s. c.: succinxerunt *v. l.*) me [239]*cf. supra, B* 5, 9 cappam [240]capax *P* [241]*civ. 9, 12, 9-20 (ex Apul. Socr. 4, 127)* ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat [242]dispescant *R* [243]quia *P*

ne dicitur tabernarius, tabernio, crustarius, ganeo; [34] unde hec **caupona** tam pro muliere quam pro taberna, que et aliter dicitur taberna cetaria, crustaria, propina, meraria, ganearia, clepsedraria[244], pandochium, pandocium. Origines istorum vocabulorum, Deo volente, in sequentibus invenies. [35] Et a caupo hic **cauponarius** in eodem sensu, et **cauponor** -aris verbum deponens, idest vendere, unde *in* Decretis Romani *concilii*[245] '*sint* igitur nobis[246] anathema, eo quod verbum veritatis audent cauponari'; unde verbalia. [36] Item a caupo **cauponatim** adverbium, idest fraudatim, admixtim vel adulteratim. Solent enim caupones admiscere aquam vino et pro puro vendere.

[37] Item a capio hic **capus**, quedam avis, ut dicunt, falco, et hec **cassis** -sis idest rete et, ut dicit Isidorus[247], proprie est 'genus venatorie retis quia capiat. Hinc est quod[248] per compositionem dicimus **incassum**, idest frustra, sine causa, quasi sine cassibus, sine quibus venatio inanis est'; [38] vel componitur ab in et cassum, ut postea dicetur; unde hic **cassiarius**, retiarius, qui retia facit, et hec **cassicula** -le diminutivum, idest parvum rete, quod et **cassilus** dicitur; vel dicitur cassis a careo, quia careat soliditate in foraminibus. [39] Item a preterito cepi hee **cepadines** -num, idest saxa scilicet in mari vel que prominent in preruptis locis, et hic **cippus** et pro trunco et pro tumulo terre et pro lapide mortuo supposito et pro cimiterio et pro instrumento in quo pedes reorum constringuntur, quasi capiens pedes, [40] et hoc **sceptrum** -tri virga potestatis, quod componitur hic **sceptriger** -a -um, qui gerit sceptrum, et hic **scipio** -nis idest virga consulum vel baculus ad capiendum aptus, unde Plautus in Amphitrione[249] 'verbero aut mittito aut ego te iam ledam hoc scipione'. [41] Idem in Aularia[250] 'ego hoc argentum tam paratum[251] filio scio esse, quam me contundi hoc scipione', unde et quidam romanus dictus est **Scipio**, quia baculus et sustentamentum fuit rei publice vel parentum suorum. [42] Item a cepi **cepio** -is cepi cepere ceptum, idest incipere, unde Cato[252] 'cepiam semesa verba loqui' et Terentius[253] 'sex totis mensibus olfecissem

[244]depsedraria *P* [245]*Cassiod. hist. 4, 24, 39* Sint igitur nobis et omnibus anathema, eo quod verbum veritatis videantur esse cauponati [246]*om. R* [247]*19, 5, 4* Cassis genus venatoriae retis, quod capiat. Hinc est quod incassum dicimus, id est sine causa; quasi sine cassibus, sine quibus venatio inanis est [248]*om. P* [249]*519-20* verbero, aut muttitio? / quoii ego iam hoc scipione [250]*Asin. 123-24* nam ego illuc argentum tam paratum filio / scio esse quam me hunc scipionem contui [251]parato *P* [252]*orat. inc. 17 (p. 73, 15)* coepiam seditiosa verba loqui [253]*Ad. 396-97* sex totis mensibus / prius olfecissem quam ille quicquam coeperet?

quam ille quicquam ceperet', sed presens huius verbi et que formantur a presenti obsoluerunt[254], preteritum et que formantur a preterito adhuc retinentur, et huius preteritum quandoque accipitur in vi presentis temporis[255] et quandoque in vi preteriti. [43] Item nota quod **ceptus** -a -um participium est a verbo passivo huius verbi cepio, licet non sit in usu.

[44] Item a capio hec **catena**, quia capiendo teneat vel quia se capiendo teneatur plurimis nodis, et est ethimologia, non compositio, sicut et illud: catena quasi captivos tenens; [45] et inde **catenula** et **catella** ambo diminutiva, unde et catelle dicuntur catenule colli invicem se comprehendentes in modum catene. Item inde **cateno** -as, idest catenis ligare, et componitur **concateno** -as, **incateno** -as et sunt activa.

[46] Item a capio hic **capriolus** -li, et sunt caprioli cincinni sive uncinoli quibus se innectere vites et suspendere arboribus solent, sic dicti quia capiant arbores. [47] Item a capio **capesso** -sis desiderativum, quod et pro capere cum desiderio et pro cupere invenitur, et facit preteritum in -si, ut capessi, licet inveniatur capessivi, unde Augustinus De civitate Dei in secundo[256] 'cum tragedias adolescens actitavisset, rem publicam capessivit'. [48] Quod quidam solent proferre hoc verbum in -sco ut capesco -scis, sine dubio nichil[257] est, et facit capessitum supinum, penultima producta.

[49] Item a capio captum -tu, u in o, fit **capto** -tas frequentativum, quod et pro frequenter capere et pro cupere dicitur, unde hic **caper**, sed de hoc postea dicetur; [50] capio componitur cum primum et dicitur hic et hec **princeps**, quasi primum capiens vel prima capiens; quod autem dicitur princeps quasi primum caput, ethimologia est non ostensio compositionis; [51] si enim esset compositum a caput, faceret genitivum in -tis. Omne enim nomen compositum a capite facit genitivum in -tis, sed a capio in -pis; et designat ordinem et dignitatem princeps; [52] unde hoc **principium** et hic et hec **principalis** et hoc -le, unde **principaliter** adverbium et hec **principalitas** -tis. [53] Item a princeps **principor** -aris verbum deponens, et construitur cum dativo ut 'principor tibi' idest dominor; unde **principanter** idest imperiose; [54] **principatus** -tus -tui idest dominatio, et etiam sic dicitur quidam ordo angelorum in quibus Deus maxime principatur, vel quia aliis presunt et subditos angelos ad explendum[258] divinum ministerium[259] disponunt.

[254]absoluerunt *R* [255]*om. P* [256]2, *11*, 5-6 cum adulescens tragoedias actitavisset, r. p. c. [257]inchoativum *P* [258]expendendum *P* [259]*sic La:* misterium *cett. cf. Isid.* 7, 5, 19

[55] Item componitur capio hic **particeps** -cipis, idest capiens partem, unde hoc **participium** quasi particapium, quia partem suorum accidentium capiat a verbo, partem a nomine, et **participo** -as verbum activum, idest partem capere vel dare. [56] Item componitur capio vel captus cum mente et dicitur hic et hec **menceps**, idest mente captus, insanus. Quotiens enim captus componitur vel iungitur cum dictione designante membrum, semper designat carentiam illius membri, ut menceps captus mente, **oculoceps** captus oculis[260]. [57] Item componitur capio et dicitur[261] hec **muscipula** quedam deceptio ad capiendos mures, unde et pro qualibet deceptione ponitur, et hinc **muscipulor** -aris, idest decipere, unde hic **muscipulator** idest deceptor.

[58] Item capio componitur **accipio** -pis, quod in pluribus invenitur significationibus: accipere idest recipere, accipere idest audire, accipere idest pascere, unde Terentius[262] 'nemo accipit hominem prolixius', quasi pascit, procurat, et Virgilius (*Aen.* 3, 353) 'illos porticibus rex accipiebat in amplis' idest pascebat; [59] accipere idest rapere, unde Paulus[263] 'sustinetis enim[264] si quis vos in servitutem redigit si quis devorat[265] si quis accipit', idest rapit[266]; unde hic **accipiter** -tris pro quadam ave, ut dicunt sparaverio vel falcone vel asture, quia accipiat idest rapiat; [60] et fertur[267] hec avis esse impia circa pullos suos, quia cum viderit eos posse volare, nullas eis prebet escas, sed verberat pennis et a nido precipitat, et a tenero compellit ad predam ne forte adulti pigrescant. [61] Et nota differentiam: accipimus ab alio, sumimus ipsi. Item sumimus per nos, accipimus a volente, tollimus a nolente, eripimus vi, auferimus quod dedimus. Item auferimus inviti quicquid dedimus[268], adimimus ius, assumimus in usum[269]. [62] Et ab accipio **acceptus** -a -um nomen, idest carus, placitus, acceptabilis, et comparatur -tior -simus, et inde **accepto** -as verbum activum, idest appretiari vel facere acceptum; accepto etiam potest esse frequentativum, idest frequenter accipere.

[63] Item capio componitur **antecapio** -pis et **anticipo** -as in eodem sensu, idest preoccupare, prevenire; **concipio** -pis idest concapere[270], idest

[260]ut menceps... oculis *scripsi coll. Balbo s.v.* menceps: ut menceps captus oculis *PRAm*, ut menceps captus mente *et post lacunam* captus oculis *LaMo* ut menceps captus mente *Va* [261]et dicitur *om. P* [262]*Eun.* 1082 accipit homo nemo meliu' prorsu' neque prolixius [263]*Vulg. II Cor.* 11, 20 [264]sustinetis enim: sustinete *P* [265]si quis devorat *om. P* [266]idest rapit *om. P* [267]dicitur *R* [268]*sic Va:* demimus *PRLa* [269]usu *P* [270]comparare *P*

simul capere, unde mulier dicitur concipere quando sperma viri cum suo concapitur et concrescit; [64] concipere etiam invenitur pro mente vel in mente percipere vel intelligere, unde **concepto** -as frequentativum, a quo **conceptaculum**, locus conceptionis. Item a concipio hic **concipio** -nis, et sunt concipiones quedam stelle que concipientibus aptantur et favent; [65] **circumcapio** -pis undique capere vel invadere, **decipio** -pis unde **deceptorius** -a -um, et hec **decipula** -le, instrumentum quod ad aliquid decipiendum efficitur, sicut muscipula ad mures capiendos; [66] **excipio** -pis idest eligere, extrahere, extra capere, super alia capere et recipere, latenter capere et invadere, et pertinet ad insidiatores, unde hoc **excipulum** idest venabulum, quia excipiat aprum venientem, [67] et **excipuus** -a -um idest **precipuus** -a -um et melior, quia meliora solent excipi et eligi quasi extra alia, et **exceptorius** -a -um: exceptoria sunt que excipiuntur vel debent excipi; [68] **incipio** -is, et **intercipio** -is[271] et **intercapio** -is, in eodem sensu ista duo, idest inter aliqua vel in medio capere; **occipio** -is idest incipere, unde Ambrosius Super Egisippum[272] 'presentium insolens, extollere sese occeperat'. [69] Item **occupo** -pas ab ob et capio componitur, idest invadere, quasi ex improviso vel ante capere, quod componitur **preoccupo** -pas, idest ante occupare, et **exoccupo** -pas idest expedire; [70] **percipio** -pis idest perfecte capere, intelligere; **precipio** -pis, unde **preceptor**, et hoc **preceptum**, [71] et hic **preceptus** -tus -tui, et **preceptorius** -a -um quod precipit; et preceptor sincopatur et dicitur **pretor**, quasi preceptor, quia precipiat, sed[273] de hoc[274] aliam ponemus sententiam; [72] **precapio** -pis idest ante capere, in quo sensu invenitur et precipio; et **recipio** idest retro vel iterum capere, unde **receptus** -tus -tui, [73] et **recepto** -tas, et hoc **receptaculum**, locus ubi fit alicuius rei receptio. [74] Item componitur cum susum vel sursum et dicitur **suscipio**, quasi sursum capere, unde hoc **susceptabulum** quod et **susceptaculum** dicitur, idest domus vel locus ubi alicuius rei fit **susceptio**. [75] Capio et ab eo omnia composita sunt activa et omnia que sunt tertie coniugationis faciunt preteritum in -cepi et supinum in -ceptum, et omnia mutant in presenti 'a' in 'i' preter antecapio, circumcapio[275], intercapio, precapio; [76] et nota quod capio componitur cum multis aliis, de quibus tractando ea competentius tractabimus.

[271]intercipio -is *om. P* [272]*Heges. 1, 40, 2 pp. 84, 26 - 85, 1* [273]et *R* [274]hoc etiam *R* [275]concapio *P*

C 41
**CAPARCUS**[276], pistor.

C 42
**CAPLOSUS**[277], illesus.

C 43
**CAPADOCIA** quedam civitas, unde et regio in qua est illa civitas dicta est **Capadocia**, unde hic et hec **Capadox** -cis, tam gentile quam patrium.

C 44
[1] **CARPO** -pis -psi -ptum, verbum activum, idest capere, reprehendere, diminuere, scindere, dissipare, preparare, purgare, unde **carptim** sparsim, distinctim, divisim, carpendo eligenter, [2] et hoc **carpentum** -ti quoddam genus curruum, unde Iuvenalis[278] 'carpento vehitur pinguis Damasippus'; quod autem dicitur carpentum quasi carrus pompaticus[279], quia in pompis solet haberi, potius videtur esse ethimologia quam compositionis ostensio; unde hic **carpentarius**, qui facit vel ducit carpentum; [3] dicitur tamen generaliter[280] omnis artifex lignarius carpentarius; unde hic **carpentariolus** diminutivum.

[4] Item a carpo hec **Carmentis**, idest dea carminum, et fuit mater Evandri, unde hoc **carmen**; vel carmen dicitur quia qui illud canebant mente carere credebantur, vel dicitur a carpo -pis quia carptim pronuntietur, et dicitur carmen quicquid pedibus continetur; [5] carmen etiam dicitur scriptum de aliquo delectabili cum metro, unde Boetius[281] 'carmina qui quondam' et cetera; carmen etiam dicitur quilibet cantus cum metro, unde liber[282] odarum intitulatur liber carminum, idest cantuum, quia quelibet eius distinctio cantabilis est; [6] unde **carmineus** -a -um, et **carmino** -nas vel **carminor** -naris, idest carmina facere, et ad lanam pertinet: carminare lanam, quasi carpere et purgare.

[7] Item a carpo hic **scirpus**, idest iuncus quia carpat. Terentius[283] 'queris nodum in scirpo'; et inde **scirpeus** -a -um. [8] Item a carpo hic **carduus**[284] quasi carpus, et inde hec **carduelis**, quod et hic **carduel** dici-

[276] *cf. Gloss. V 594, 2* [277] *cf. Gloss. IV 213, 23* [278] *8, 147* carpento rapitur pinguis Lateranus (Damasippus *v. l.*) [279] ponticus *P* [280] *om. R* [281] *cons. 1, carm. 1, 1* [282] cantus *P* [283] *Andr. 941* nodum in scirpo quaeri' [284] *sic Mo:* cardus *cett.*

tur pro quadam ave, quia spinis et carduis pascitur, unde apud Grecos acantis[285] dicitur ab acantis, idest spinis quibus pascitur, [9] et hic **cardo -nis**, quia vertendo carpatur, vel dicitur a cardian, quod postea dicetur; et hic **carbo**, quia ab igne carpatur, vel potius a careo sicut dicetur.

[10] Item a carpo hic **caper**, quia carpat virgulta, vel a capio quia capiat ardua[286] vel aspera, vel dicitur sic secundum quosdam a crepitu crurum, et inde **caperatus**[287] -a -um, idest squarrosus, verrucosus, tuberosus, gibberosus, pupulosus, inequalis, rugosus ad instar cornu capri; [11] et hec **capra**, unde **capella** diminutivum, tam pro parva capra quam pro parva ecclesia, que nec habet baptisterium nec cimiterium, et dicitur sic quia olim tabernaculum de pellibus caprarum erat cohopertum; [12] unde hec **capellula** diminutivum, et hic **capellanus** tam pro sacerdote illius ecclesie quam pro parochiano, unde hec **capellana**. [13] Invenitur etiam **capellanus** -a -um adiectivum. Item a caper vel capra **caprinus** -a -um, et hic et hec **caprilis** et hoc[288] -le in eodem sensu, et hoc **caprile** -lis idest stabulum caprarum, et hic **caprarius** qui custodit capras. [14] Item a caper vel capra hic **capreus**, idest silvestris caper, quia sit similis capro, unde hec **caprea**, idest silvestris capra, et hic **capreolus** -li, diminutivum tam caprei quam capri, unde hec **capreola** diminutivum similiter tam capre quam capree, et nota quod caprei et capree dicuntur dorcades et ibices, sicut postea dicemus.

[15] Item a caper per compositionem hic **capricornus** -ni, animal quoddam quod et rinoceros et egoceros dicitur, et dicitur capricornus quasi caprina[289] habens cornua; **Capricornus** etiam dicitur quoddam signum celeste. [16] Item componitur **caprigenus** -a -um, quod melius dicitur hic et hec **caprigena**, scilicet pecus genitum a capra. Item a carpo hec **caprificus**, quedam herba sic dicta quia parietes quibus innascitur carpit et fodit et rumpit extra e latebris quibus concepta est; [17] vel dicitur a fico, quia ficus arbor eius remedio fecundetur, unde Persius (1, 24-25) 'et que semel intus innata est rupto iecore exierit caprificus'. [18] Carpo componitur **discerpo -pis**, idest diversis modis carpere, scindere[290], laniare; **decerpo** -pis, idest de aliis carpere idest eligere; **excerpo -pis**, idest[291] extra carpere, eligere, extrahere; et ab istis omnibus verbalia, et sunt activa sicut et primitivum.

[285]*cf. Isid. 12, 7, 74* acalanthis (acantis *v.l.*) [286]*om. P* [287]captus *P* [288]*sic* (et hoc) *Va: om. PRLa* [289]quasi caprina: concaprina *P* [290]scribere *P* [291]*sic* (de aliis... idest) *LaVa: om. PR*

C 45

[1] **CARPOS** grece, latine fructus vel semen, unde per compositionem et a foros, quod est ferre, dicitur hic **Carpoforus**, quidam deus paganorum, quod latine interpretatur frugifer, et hoc **carpobalsamum**, de quo precessit sermo, [2] et **carporo**[292] -ras, idest sauciare, ferire[293], quod magis videtur derivari a carpo -pis. Item a carpos hec **Carpathos** vel **Carpathus** quedam insula, propter celerem fructuum maturitatem, a qua dicitur mare **Carpathium**, et hec **carpasia** -e navis magna et spatiosa, sicut a Rodo rodia.

C 46

[1] **CARDIAN** grece, latine dicitur cor, unde **cardia**[294] quidam morbus, scilicet cordis pulsus, a quo **cardiacus** -a -um idest cordis pulsum patiens, unde Iuvenalis (5, 32) 'cardiaco numquam ciathum missurus amico', et dicitur cardiacus quasi cor yans habens propter sitim; [2] et hic **cardo** -nis, idest ima[295] pars hostii, scilicet cuneus, qui in foramine vertitur, unde et **cardo** dicitur ipsum foramen, et dicitur cardo a cardian, ideo quia sicut cor hominem, ita ille cuneus ianuas regit et movet, [3] unde hic et hec **cardinalis** et hoc -le, et **cardinarius** -a -um in eodem sensu, scilicet quod ad cardines pertinet, et hic **cardinalis** -lis, quia per eos mundus debet regi et gubernari et moveri sicut hostium per cardinem; [4] et nota quod cardo etiam dicitur extremitas rei, unde et cardines celi dicuntur extreme partes axis, sic dicti quia per eos vertitur celum; cardo etiam ponitur pro oportunitate vel articulo, unde proverbialiter solet dici 'res est in cardine', idest in articulo vel oportunitate; [5] qui enim in cardine est, leviter potest intrare et exire, unde Virgilius[296] 'aut tanto cessabit cardine rerum'.

[6] Item a cardian hoc **cor** -dis; quod autem dicitur cor quasi custodia omnium rerum, ethimologia est et non compositionis ostensio; unde **corculum** -li diminutivum, idest parvum cor, unde Plautus (*Cas.* 836-37) 'ego sum liber. Meum corculum, melculum, verculum', [7] et **cordus** -a -um, idest serotinus, unde et uve que tarde maturescunt corde dicuntur[297], et **cordatus** -a -um, idest sapiens, unde in Iob (34, 10) 'viri cordati audite me', et Augustinus De civitate Dei[298] 'cum de deis victis illa scriberen-

[292]*cf. Pap. s. v.* carptare [293]ferre *P* [294]cardian *R* [295]una *P* [296]*Aen. 1, 672* haut (aut *v. l.*) tanto cessabit c. r. [297]*sic LaVa:* creduntur *PR* [298]*1, 3, 39-41* cum de diis victis illa conscriberentur atque canerentur, poetas libebat menti-

tur, cordatos homines cogebat mentiri', unde **cordate** idest sapienter, convenienter, honeste. [8] Item a cor **cordicitus** adverbium, idest **cordetenus**, unde Sidonius[299] 'prudentibus' inquit 'cordicitus insitum est', et hec **corda**, quia sicut pulsus cordis est in pectore, ita pulsus corde est in cithara, unde hec **cordula** diminutivum, [9] et hic et hec **cordacista** -ste, idest qui vel que canit cum corda, et hic **cordex** -cis qui facit cordas, et per compositionem **decacordus** -a -um, idest decem cordarum. [10] Item cor componitur cum edo et dicitur hic **coredulus** -li, avis quedam que statim et[300] citius quam cetera membra cor avis capte edit, et cum pre et dicitur hoc **precordium**, idest quoddam intestinum quia presit cordi, [11] unde hic et hec **precordialis** et hoc -le, quod quandoque ponitur pro intimo et secreto et familiari[301]; et cum episcopus et dicitur hic **corepiscopus** -pi, idest vicarius episcopi, [12] et cum binum et dicitur hic **corbius** -bii, quod et hic **corbinius**[302] dicitur, scilicet ille qui habet duplex cor, quasi binum habens cor, vel re vera qui est versipellis et inconstans; et cum clavis et dicitur hec **corclavia**[303] -e, idest cella interior que est quasi cor clavibus custodita; [13] et cum con- et dicitur hic et hec et hoc **concors** -dis, quasi unius et eiusdem cordis, unde **concorditer** adverbium, et hec **concordia** -e, a quo **concordiosus** -a -um, [14] et a concors **concordo** -das verbum neutrum et absolutum; et cum dis et dicitur hic et hec et hoc **discors** -dis, quasi diversi cordis vel quasi deorsum a corde alterius, unde **discordo** -as verbum neutrum et absolutum, et hec **discordia** -e, unde **discordiosus** -a -um, [15] unde Augustinus De civitate Dei, in secundo[304] 'quantum mali fit discordiosi certaminis, quod fratrem Romuli coegit occidi'; et cum ex et dicitur hic et hec et hoc **excors** -dis iners, fatuus, insipiens, unde Oratius in Epistulis (1, 2, 25) 'sub domina meretrice fuisset turpis et excors', [16] et dicitur excors quasi extra cor, et in eodem sensu componitur cum e et dicitur **ecors**, quasi sine corde, et cum miser vel potius miserans, et dicitur hic et hec et hoc **misericors** -dis, quasi miserum vel miserans habens cor super aliquem afflictum compatiendo, [17] unde **misericorditer**, et hec **misericordia** -e; et cum re- et dicitur **recordor** -aris verbum deponens, et construitur cum accusativo et genitivo, tamen differenter: 'recordor lectionem', idest firmo vel recito vel narro

ri, sed cordatos homines cogebat veritas confiteri [299]*epist. 4, 6, 1* prudentibus cordacitus (cordicitus *v. l.*) insitum est [300]statim et *om. R* [301]famulari *P* [302]corbinus *R* [303]conclavia *R* [304]*3, 12, 32-33* quantum malum discordiosi certaminis fuit, quod fratrem Romuli coegit occidi!

vel de ea mentionem facio; 'recordor lectionis', idest memoriter teneo lectionem; in utraque tamen constructione invenitur modo hunc modo illum sensum exprimere; [18] et dicitur recordari quasi ea que retro sunt et preterita iterum ad cor reducere; et cum se- prepositione et dicitur hic et hec et hoc **secors** -dis, idest ignavus, stultus, quasi seorsum a corde, unde **secordia** idest[305] ignavia; [19] et cum ve et dicitur hic et hec et hoc **vecors** -dis demens, furiosus, quasi ve habens in corde, vel componitur a ve- secundum quod significat sine, quasi sine corde, vel a veho -is quia vehatur a corde et a propria voluntate; unde **vecordia** et **vecorditer** adverbium. [20] Componitur quoque cum unus et dicitur hic et hec et hoc **unicors** -dis, quasi unius cordis scilicet concors, unde **unicordia** idest concordia, et **unicorditer**; et nota quod antiquitus declinabatur hic et hec **unicordis** et hoc -de, similiter et alia que predicta sunt, quod et in auctoribus invenitur.

[21] Item a cor hec **cura** sollicitudo, anxietas; quod autem dicitur cura quasi cor edens vel quasi cor urens vel quasi a corde ruens, ethimologia est non compositionis ostensio; secundum quosdam tamen derivatur a corruo -is; [22] differt tamen cura a sollicitudine, quia[306] sollicitudo moderata est et temperabilis, sed cura est sine moderatione; unde **curiosus** -a -um et comparatur -sior -simus, unde **curiose** -sius -sime adverbium, et hec **curiositas** -tis. [23] Item a cura hec **curia**, quia ibi frequens est cura et sollicitudo de rebus administrandis, et inde hec **curiola** -le diminutivum, et hic et hec **curialis** et hoc -le et comparatur -lior -simus, unde **curialiter** -lius -sime adverbium, et hec **curialitas** -tis, et **curiatim** idest de curia in curiam, vel curiatim[307] idest curialiter. [24] Item a curia hic **curio** -nis qui est de curia, quod componitur **decurio** -nis, idest de curia eiectus vel potius de curia existens. In eodem sensu invenitur hic **decures** -ris, et hic **decudes** -dis. [25] Inveniuntur et ista nomina in alia significatione, scilicet pro illo qui preest decem viris, et tunc derivatur a decem. Et a decurio **decuriatus** -a -um, idest propter suam probitatem curie deputatus; et nota quod curiones etiam dicuntur qui accipiunt curam de plebe et civilia officia procurant et exequuntur; iidem et decuriones et curiales dicti sunt[308], et derivantur tunc potius a cura. [26] Item a cura hec **curtis** -tis pro districtu alicuius castri vel ville; et hec **Curitis** idest Iuno, quia credebatur curam gerere de populo, unde Martianus (2, 149 p. 45, 15) 'Curitim

[305] *sic Va: om. PRLa* [306] *om. R* [307] vel curiatim *om. P* [308] dicti sunt *om. P*

debent memorare bellantes', vel potius dicitur Curitis a currus, sicut postea dicetur. [27] Item cura componitur cum se- et dicitur **securus** -a -um, quasi seorsum a cura, quod comparatur -rior -simus, unde **secure** -rius -sime adverbium, et hec **securitas** -tis, et **securo** -ras verbum activum, idest facere securum. [28] Item componitur cum ob et interponitur s[309] et dicitur **obscurus** -a -um: proprie obscurus est qui est ob curam, idest contra curam[310] hominum, idest de quo non curant homines, et comparatur -rior -simus, unde **obscure** -rius -sime adverbium, et hec **obscuritas** -tis, et **obscuro** -as verbum activum, idest facere obscurum. [29] Item a cura **curo** -as verbum activum, idest sanare vel purgare vel curam alicui adhibere; invenitur absolutum et neutrum: curare idest curam et studium habere[311]; unde **curator**, quia curam ferat pueris, qui eius etatis sunt ut sua negotia administrare non possint; [30] curo componitur **accuro** -as, idest diligenter et curialiter curare, unde **accuratus** -a -um, idest diligenter procuratus, et comparatur -tior -simus, [31] unde **accurate** -tius -sime adverbium, ut 'accurate recepit eum' idest diligenter, studiose, curialiter. Et nota quod accuratus, secundum quod est nomen, dicitur tam pro eo qui procuratur quam pro eo qui procurat. [32] Item componitur **procuro** -as, idest pro aliquo curam de aliqua re suscipere, unde **procurator** idest pro alio curator, et procurare idest diligenter pascere; et sunt activa omnia composita a curo -as.

C 47

[1] **CARIS** grecum est et interpretatur gratia, unde hoc **carisma** -tis, idest gratia vel donum gratie, et hoc **caristeum** genus marmoris viridis, sic dictum quia sit gratum sculptoribus: [2] eius enim[312] viriditas reficit oculos; unde **caristo** -as idest fulgere, vel caristare gratias referre vel letari, et secundum hoc derivatur a caris. [3] Item a caris **carus** -a -um in duabus significationibus: carum idest dilectum et carum cuius emptio est difficilis, et comparatur -rior et -simus, unde **care** -rius -sime adverbium, et hec **caritas** idest dilectio vel rerum emptio difficilis, quod magis proprie dicitur hec **caritudo** -nis, et hec **caristia**; [4] caristia etiam dicitur festus et gratiosus dies et etiam suavitas et dulcedo et gratia, et hec **caritia** -e in eodem sensu; [5] caris componitur cum eu, quod est bonum, et dicitur hec **eucaristia** -e, idest bona gratia vel gratiarum actio, unde eucaristia dicitur

[309]*sic* (et interponitur s) *Va: om. PRLa* [310]*om. R* [311]*om. P* [312]*om. R*

sacramentum panis et calicis, scilicet sacrificium, idest corpus et sanguis Christi, quasi bona gratia; et quid est melius, quid est gratiosius corpore et sanguine Christi? Unde **eucaristo** -as idest gratulari. [6] Item ab eu et caris componitur hic et hec **eucaris** -ridis, idest bene gratiosus; et ab epi, quod est supra, et caris hic et hec **epicaris** -ridis, idest supergratiosus, idest plus[313] quam alii. Et nota quod ubicumque nos scribimus 'c', Greci scribunt 'k', unde quedam ex precedentibus vocabulis inveniuntur scripta per 'k', ut karissimus, quia descendant a Greco. [7] Quia tamen reducta sunt ad latinam formam, satis competenter scribuntur per 'c'. Item caris componitur cum a, quod est sine, et dicitur hic et hec **acaris** -ridis, idest non gratiosus, quasi sine gratia.

C 48

[1] **CAREO** -es preteritum habet et suppletionem preteriti, et duo supina[314], scilicet carui, vel caritus vel cassus sum, carere, idest non habere, caritum -tu, quod probat cariturus, et cassum -su, quod probat **cassus** -a -um; carens, caritus vel cassus, cariturus vel cassurus, quod probat cassus. [2] Et nota quod cassus idest privatus, participium est, cassus[315] idest vanus, nomen est[316], et tunc inde **cassabundus** -a -um, idest cassus, frustratus; et componitur cum in et dicitur **incassum**, idest frustra, adverbium qualitatis, et hec **cassis** -dis idest galea, quia intus sit cassa, et hec **cassis** -sis pro reti; sed de his omnibus iam precessit sermo.

[3] Item a careo hec **caries** -ei, idest putredo, quia careat soliditate, sed caries proprie est lignorum, putredo aliarum rerum, et dicitur sic quia eveniat lignis soliditate carentibus, [4] et hec **caria** -e in eodem sensu, unde **cariosus** -a -um vetustus, putridus, et comparatur; et **cario** -as idest putrescere et est lignorum, unde Martianus[317], ponens participium, ait[318] 'cariantem tripodem crepidasque situ marcidas'.

[5] Item a careo hic **carbo** -nis quia flamma careat, unde hic **carbunculus** tam pro parvo carbone quam pro quodam lapide pretioso ignito ut carbo, cuius fulgor nec nocte vincitur, et dicitur grece antrax, ut superius diximus; et pro quodam morbo, quia in ortu suo rubens sit ut ignis, postea niger ut carbo extinctus, [6] et hic **carbonarius** qui facit carbones, et hec

[313]idest plus: complus *P* [314]et duo supina *om. R* [315]et nota... cassus *om. R* [316]*om. P* [317]*1, 10 p. 6, 11-12* carientem (cariantem *v. l.*) tripodem crepidasque situ murcidas (marcidas *v. l.*) [318]ponit *P*

**carbonella** -le caro assata super carbones. Item a careo hec **carex** -cis quedam herba et, ut dicunt, canna palustris quia robore careat, et inde hoc **carectum** -ti locus ubi crescit, unde Virgilius (*ecl.* 3, 19-20) 'et cum clamarem: quo nunc se proripit ille? Tytire, coge pecus, tu post carecta latebas'.

[7] Item a careo hec **cartilago** -ginis, idest naris vel auris vel alterius rei ossea teneritudo et sine medulla, quod genus auricule et narium[319] discrimen et costarum extremitates habent, et dicitur sic quia leni attritu caret dolore dum plectitur[320]; et hic **caseus** quasi careus, quia careat sero[321], unde **caseolus** diminutivum.

[8] Item a careo hec **carta**, quia careat pilis et carnibus, vel a Cartino oppido ubi prius facta fuit, vel a carpo -pis quia carptim papiri tegmen decerptum glutinatur; et nota multa esse genera cartarum: prima et precipua dicitur augustea in honorem Octaviani, secunda libiana ob honorem Libie provincie, tertia geratica, quia ad sacros libros eligebatur, quarta teneotica[322] a loco Alexandrie ubi fiebat, [9] quinta saltica ab oppido Salo, sexta corneliana a Cornelio Gallo prefecto Egipti prius confecta, septima emporitica quia ea merces involvuntur, cum sit scripturis non idonea; unde **cartula** et hic **cartularius** qui cartulas facit vel preparat; [10] et a carta et ago -gis hec **Cartago** -ginis, quia fuit circumdata corio bovis, unde hic et hec **Cartaginensis** -sis, et adiective declinatur hic et hec **cartaginensis** et hoc -se. Vel cartas Punici dicunt sedes vel casas noviter factas, unde Cartago idest nova civitas.

[11] Item a careo hoc **crimen** ut furtum, falsitas et similia que non occidunt[323] sed infamant, unde **criminor** -aris verbum commune, et **criminosus** -a -um quod comparatur, et hic et hec **criminalis** et hoc -le. [12] Item a careo hoc **carenum** -ni, idest mustum, quia fervendo careat parte; tertia enim parte musti amissa, quod remanet carenum est[324], cui contraria est sapa, que fervendo ad tertiam partem redacta descendit; et **carino** -as verbum neutrum, idest arguere vel conviciari vel illudere, [13] unde hic **carinator** idest conviciator et maledicus, et hec **carisia** -e idest lena vetus et litigiosa vel potius dicitur a careo, unde et fallaces ancille carisie dicuntur, quia veritate carent; [14] et componitur cum cata, quod est supra, et dicitur hec **catacarisia**[325], idest ancilla super alias[326] dolosa et fallax.

[319]aurium *P* [320]*cf. Osb. C xvii 20* flectitur [321]sepo *P* [322]*sic Va:* teneatica *PRLa* [323]accidunt *P* [324]est et *P* [325]*cf. Gloss. V 52, 20* carisa [326]*om. P*

[15] Item a careo **cecus** -a -um, quia careat visu qui[327] neutro oculo videt, et inde **ceco** -as et cetera, de quibus postea dicetur.

[16] Item a careo et noy dictus est **Carinus**, quidam vir in Terentio introductus quasi carens noy, idest mente et sensu, vel sit hec ethimologia et derivetur a careo -es. Item a careo et basis dicitur hec **carbasus**, sed in plurali carbasa neutri generis, idest velum quasi carens basi, idest sustentamento ab inferiori; carbasus etiam dicitur quoddam genus vestis subtilissime, et inde **carbaseus** -a -um. [17] Item a cassus nomine **casso** -as idest frangere, destruere, adnichilare, vanum facere, et est activum. Careo neutrum est cum omnibus suis compositis, si aliqua ab eo verba composita inveniantur.

C 49

[1] **CARRIO**[328] -ris -rivi -ritum verbum activum, idest dividere, inde hec **carruca** -ce, quia currendo dividat[329] terram, et hic **carrus**, eadem ratione; quidam tamen dicunt quod carrus dicitur a cardine rotarum; [2] unde et ab acuo dicitur[330] hoc **carricutium**, idest quoddam vehiculum altissimarum rotarum, et dicitur carricutium quasi carrus acutus. [3] Item a carrio hic **carrinator** -ris, idest carnium laniator vel lanarum carptor, et hec **carina** -e, idest media pars navis, quia currens dividat[331] aquam, vel potius dicitur a curro ut postea dicetur; quod autem dicitur carina quasi carens rima, ethimologia est et non compositionis ostensio[332].

C 50

[1] Hic **CARACTER** -ris, grece imago, novus vultus, effigies, forma vel stilus, figura, littera, ferrum quo note pecoribus inuruntur[333], unde et ipsa nota vel signum caracter dicitur, unde hic **caracterismus** descriptio forme alicuius, [2] et **caracto** -as et **caraxo** -as idest scribere, et hoc **caragma** -tis idest impressio vel imago vel littera. Anianus[334] 'sicut numus habet caragma Cesaris, sic homo habet caragma[335] Dei'; et hec **caraxis** idest notatio.

[327]quia *R* [328]cario *R* [329]dividit *P* [330]unde... dicitur *om. P* [331]dividit *P* [332]compositionis ostensio: compositio *R* [333]inveniuntur *P* [334]*op. imperf. in Matth. 38 p. 840* sicut numus habet charagma Caesaris, sic homo habet charagma Dei [335]habet caragma *om. P*

C 51
**CARIENTISMOS** est tropus quo dura[336] dictu[337] gratius proferantur[338]: ut, interrogantibus nobis[339] numquid nos quesierit aliquis, respondetur 'Bona fortuna', unde intelligitur neminem nos quesisse; et videtur derivari a caris, quod est gratia.

C 52
**CARPOCRATIANI** dicti sunt quidam heretici a Carpocrate[340], qui dixit Christum hominem fuisse tantum et de utroque sexu progenitum.

C 53
**CARAURORAPA**[341], virga, pedum dei Panos.

C 54
**CARNITIA**, gemma marini cancri coloris.

C 55
**CARDAMOMUM** herba est, quam vulgus nasturgium vocat.

C 56
**CARABUS**, parva scafa ex vimine facta et crudo corio contecta.

C 57
**CARCHESIA** sunt in cacumine arboris troclee, quasi F littera, per que funes trahuntur, unde et quedam vasa, ad similitudinem illorum facta, carchesia dicuntur; trochee autem sunt vocate, quia rotulas habeant: trochos enim grece, latine[342] rota dicitur.

C 58
**CAREDONIA**, vel carcedonia[343], gemma est.

C 59
**CARINUM**[344], marmor album.

[336]dira *P* [337]dicta *P* [338]proferamus *R* [339]*om. R* [340]carpo grece *P* [341]caraurozapa *P cf. Serv. ecl. 2, 31* καλαύροπα (carauro rapa *v. l.) cf. Marinoni 1988 p. 646* carairorapa [342] *om. P* [343]vel carcedonia *om. P* [344]carmum *R*

C 60
**CAROCOFILUS**[345], gariofalus.

C 61
**CARISSA**, cave.

C 62
**CARTALLUM**, canistrum vel cofinus quo mortui efferuntur, sed hoc melius scribitur per q, sicut postea dicetur.

C 63
**CARCIRE**[346], abicere.

C 64
**CARTULO** -onis, urbs.

C 65
**CARON** -nis, gubernator navis inferne.

C 66
[1] **CASTRO** -as, verbum activum, unde verbalia; et hic **castor** -ris, quia cum sentit venatores se sequentes, se ipsum castret, sciens se fugari propter testiculos; idem et fiber et bever et canis ponticus dicitur; unde hoc **castoreum** idest medicamentum quod fit de testiculis illius, et adiective declinatur **castoreus** -a -um, ut 'castorea caro', idest caro castoris.

[2] Item a castro hic **gallus** -li quasi castrus, quia hec sola inter aves castratur, unde hic **gallulus** -li diminutivum, et hec **gallina** -e tam pro uxore galli quam pro quodam signo celesti, unde hec **gallinula** -e et hec **gallinella**, ambo diminutiva, et **gallinaceus** -a -um, quod ad gallinam pertinet; [3] **gallinacius** dicitur etiam gallus, quia et vocem et formam galline exprimit; gallinacius etiam dicitur[347] capus vel capo, quia quasi gallina est, unde gallinacios dicimus imbelles et molles sive uxorios homines; [4] gallus componitur cum cano vel cantus et dicitur hoc **gallicinium** et hic **gallicantus** -tus in eodem sensu, scilicet cantus galli; unde et quedam pars noctis dicitur gallicinium vel gallicantus a cantu galli.

[345] *cf. Gloss. V 52, 17* careophilum [346] *cf. Gloss. IV 214, 48* [347] *om. P*

[5] Item a castro hoc **castrum** -stri, quia castretur licentia ibi habitantium ne passim vagari liceat et pateant hostibus; eadem ratione dicuntur et **castra** in expeditione, tantum in plurali; vel quia ibi tamquam casti debent esse; luxuria enim vires enervat; [6] vel dicitur castrum quia in alto loco situm[348] est, quasi casa alta; unde hoc **castellum** a quo et **castellulum**, ambo diminutiva, et **castellanus** -a -um qui inhabitat castrum, et hic **castellanus** dominus castelli vel castri[349]; [7] **castellum** etiam dicitur conductus vel receptaculum aque vel vas ad aquam recipiendam, et videtur sic dici quod ad modum castri sit dispositum.

[8] Item a castro hic et hec **castrensis** et hoc -se; et hoc **casterium**[350] -rii locus est ubi remi collocantur, unde Plautus[351] in Asinaria[352] 'si posui remum, sola ego in casterio[353]', et per compositionem hoc **procasterium**[354], locus foris ante castra vel castrum. [9] Item a castris hic **costrus**, et sunt costri qui in extremis favorum partibus maiores creantur[355]: quos reges putant et dicuntur sic quia castra ducant; et per compositionem **castrametor** -aris, idest dividere vel ponere vel mutare castra, ut 'castrametati sunt filii Israel'[356], idest posuerunt castra vel mutaverunt; et est compositum a castra et metor -aris, quod dicitur a metior vel muto -tas. [10] Item a castro -as hec **castanea**[357] -e, quia dum fructus[358] in modum testiculorum genitus intra folliculum reconditus eicitur, quasi castratur.

[11] Item a castro **castus** -a -um, olim primo a castratione dictus, postea placuit veteribus vel eos sic nominari qui perpetuam libidinis abstinentiam pollicentur, et comparatur -stior -simus, unde **caste** -stius -sime adverbium, [12] et hec **castitas** -tis; et est castitas proprie corporis incorruptio, sed continentia est post corruptionem sexui renuntiatio; dicitur tamen continens non solum in castitate, sed etiam in cibo et potu et ira et coitu et in aliis. [13] Item a castus hec **castimonia** -e, idest castitas, et hec **castrimargia** idest gule concupiscentia, ventris ingluvies, per contrarium, quia non faciat castos; [14] et hic **cestus** -sti vel **cestos**, et hoc **ceston** indeclinabile, idest cingulum Veneris quo accinguntur et utuntur in legitimis nuptiis, et dicitur ceston quasi caston quia in feminis maritatis

[348]positum *P* [349]*sic Va:* castri vel castris *PRLa* [350]castrarium *P* [351]*sic Va: om. PRLa* [352]*519* si reposivi remum, sola ego in casteria [353]castrario *P* [354]procastrium *P* [355]*sic VaMo:* careant *P* creant *RLaAm* [356]*Vulg. exod. 15, 27* venerunt autem (a. filii israel *v. l.*) in Helim... et castrametati sunt iuxta aquas [357]*sic Va:* castratica *PRLa* [358]dum fructus *om. P*

signum castitatis sit, unde ponitur[359] quandoque pro legitima copula et maritali concordia vel castitate, unde Statius Tebaidos (2, 283-84) 'que pessima ceston vis probat'. [15] Et componitur castus vel ceston, et dicitur **incestus** -a -um, qui cum moniali vel consanguinea vel virgine concumbit, unde hoc **incestum** et **incestus** -tus -tui talis coitus[360] illicitus, et **incesto** -as verbum activum, idest talem impudicare. [16] Item a castus **castigo** -as verbum activum, idest castum facere vel corrigere vel commonere; quod autem dicitur castigare castum agere, potius videtur ethimologia quam compositionis ostensio. Item castus componitur **castifer** -a -um, qui flagella portat ut castiget.

C 67
**CASTALITATI**[361] de locutione.

C 68
**CASNOMIA**[362], musca venenosa.

C 69
**CASCANIA**[363] interpretatur verberatio.

C 70
**CASCUS** -a -um antiquus, vetus, annosus.

C 71
Hec **CASSIDILIS** et hoc **cassidile**, sacculus, pera, sacciperium, sitacius[364], marsupium, moculus, loculus, crumena.

C 72
Hoc **CASMA** -tis, idest partitus aeris vulgo, vel terre, et est grecum; latine dicitur fulgetra, unde **casmatisso** -sis casmatissi casmatissere, et est verbum excepte actionis soli Deo conveniens.

C 73
**CASETH**[365] filius fuit Nachor fratris Habrae, unde **Casdei** dicti sunt qui nunc **Caldei** dicuntur, s mutata in l.

[359]legitur *P* [360]*om. P* [361]*cf. Gloss. IV 214, 4* [362]*cf. infra, C 130, 3* cenomia *Cremascoli 1994 pp. 210-11* [363]*cf. Du Cange s. v.* [364]simus *P* [365]*cf. Isid. 9, 2, 48* Chased

C 74
[1] **CATACRISIS** est usurpatio alieni nominis cum proprium deest, ut parricidam dicimus qui fratrem occidit; et differt a metafora, quia illa vocabulum habenti largitur, hec, quia non habet proprium, alieno utitur, ut 'faciemque[366] simillima lauro'(Verg. *georg.* 2, 131) [2] et 'Centaurus, nunc una ambe iunctisque feruntur frontibus' (Verg. *Aen.* 5, 157-58), cum facies et frons tantum animalium et hominum sint; quod nomen si poeta navi non apposuisset, quod proprium eiusdem partis diceret, non haberet.

C 75
[1] **CATASCEVA** est confirmatio proposite rei, sed anasceva contrarium est huic: revincit enim non fuisse aut non esse quod natum aut factum aut dictum esse proponitur; ut si quis Chimeram neget fuisse, aut fuisse confirmet. [2] Et in his rebus, que verisimiles non sunt, sed pro[367] veris proponuntur, plerumque versantur; et videntur componi a cata quod est supra vel iuxta, et ana quod est sursum, et scema quod est figura.

C 76
**CATASTA** est pene genus equuleo simile, vel lectus ferreus[368].

C 77
**CATACESON**, doctrinarum.

C 78
**CATAPLUS**, adventus navium.

C 79
**CATALON**, totum.

C 80
**CATAPOTA** genus est calicis.

C 81
**CATACRETUS**, criminosus.

[366]faciesque *R* [367]*om. P* [368]*sic LaVa:* vel... ferreus *post sequens lemma transp. PR*

C 82

**CATAMITUS** quidam puer sodomita fuit, et ponitur pro quolibet. Plautus[369] 'ubi aquila Catamitum raperet aut ubi Venus Adonium'.

C 83

**CATAFIORATES**[370] vel **catapates**[371] est linea cum massa plumbea qua maris altitudo tentatur. Lucilius[372] 'hunc catafioratem puer eodem devoret unctum[373] plumbi pauxillum, rudus linee quod mataxan'.

C 84

**CATALOGUS**, enumeratio, ordo, series vel brevis descriptio vel iustorum numerus, a cata et logos quod est sermo vel ratio.

C 85

[1] **CATALETICUS** -a -um, cui nichil superabundat, unde ille versus dicitur cataleticus in quo nichil de metro superest; et componitur cum a vel yper quod est super, et dicitur **acataleticus** -a -um et **ypercataleticus** -a -um; [2] acataleticus est versus ille ad cuius perfectionem deest una sillaba, idem dicitur et claudus; ypercataleticus est ille versus cui superabundat una sillaba.

C 86

[1] **CATEGORO** -as, verbum activum, idest significare vel predicare, et videtur compositum a cata et gore quod est dicere, unde **categorizo** -as in eodem sensu; [2] hec **categoria** idest predicamentum vel predicatio vel significatio, unde et predicamenta Aristotelis dicuntur categorie; categorie etiam dicuntur accusationes. [3] Item a categoro hoc **categorema** -tis, idest predicamentum vel significamentum, et componitur cum sin, quod est cum, et dicitur hoc **sincategorema** idest consignificamentum, unde partes orationis alie a nomine et[374] a verbo dicuntur a Prisciano[375] sincategoremata, quod ipse fideliter exponit, idest consignificantia. [4] Et nota quod cata prepositio greca est, et quandoque tantum valet quantum trans, ut catagrapho idest transcribo, quandoque quantum per, ut 'cata antiphra-

[369] *Men. 144* ubi a. Catameitum r. a. u. V. Adoneum? [370] *cf. Isid. 19, 4, 10* catapirates (catafiorates *v. l.*) [371] *cf. Pap. s. v.* [372] *1191-92* hunc catap*i*ratem puer eodem deferat unctum, / plumbi pauxillum rodus linique mataxam [373] unctura *R* [374] alie *P* [375] *cf. gramm. II 54, 7* 'syncategoremata', hoc est consignifican-

sim', idest per antiphrasim, quandoque quantum iuxta vel supra, ut 'cata Matheum', idest iuxta vel secundum vel supra Matheum: vide ergo in qua significatione teneatur ubicumque tibi occurrerit.

C 87

**CATINUM** vas fictile, unde **catillum** diminutivum[376], idest parvum catinum.

C 88

**CATEIA** telum dicitur, lingua Persarum vel Gallorum et, ut dicunt, lancea.

C 89

**CATHOLICUM** interpretatur universale vel comune, unde **catholicus** -a -um, idest universalis.

C 90

[1] **CATETHESIS** et **catezisis**[377] doctrina vel locus doctrine dicitur latine, unde **catetizo** -as vel **catezizo** -as[378] idest confirmare, instruere, edocere, imbuere, redarguere, obiurgare, refutare, [2] unde hic **catetizeta** vel **catezizeta** -zete, idest doctor, instructor, preceptor, et hic **catecuminus** interpretatur instructus vel audiens, quia doctrinam fidei audiat nedum tamen baptismum percepit[379].

C 91

**CATARACTA** est via subterranea qua aqua sub terra discurrit, unde et per translationem in celo dicuntur cataracte nubes vel discursus et meatus pluviarum vel tonitrua.

C 92

Hec **CATAPULTA** vas est, ut dicunt, vel potius est sagitta cum ferro bipenni, quam sagittam barbatam vocant. Plautus (*Curc.* 394-95) 'catapulta hoc ictum est michi apud Sicionem'.

tia [376]*sic Va:* dicitur *PRLa* [377]*sic La:* cazesisis *P* cazesis *RVa* [378]*sic* (unde... cateziso -as) *La:* unde cathegorizo -as vel categorizo -zas *P* unde catetizo -zas *R* unde categorizo -as et catezibeo *Va* [379]*cf. Isid.* 7, 14, 7 recepit (perc- *v. l.*)

C 93
**CATAPUERA**, docta puella.

C 94
**CATARRUS** est fluor reume iugis ex naribus, qui dum ad fauces venerit brancos vocatur, dum ad toracem vel pulmonem tisis[380] dicitur; catarrus etiam similiter dicitur fluor ab aure vel oculis fluens.

C 95
[1] **CATERVA**, hominum multitudo, et videtur derivari a cata quod est iuxta, unde **catervatim** idest multipliciter vel gregatim vel per catervas vel de caterva in catervam; [2] unde **catervarius -a -um**, quod est caterve vel spectat[381] ad catervam; **catervarius** etiam dicitur qui semper est in caterva et in multitudine populi.

C 96
**CATARTICA**[382] grece, latine dicitur purgatoria.

C 97
**CATAPODIA** vel catapotia est quedam medicina, sic dicta quia modicum potetur et inglutiatur.

C 98
**CATAPLASMA** inductio[383], emplastrum medicamen, a cata quod est supra et plasma quod est forma, quia supra formam morbi inducitur.

C 99
**CATAFRIGII** quidam heretici fuerunt, a cata et Frigia provincia dicti, quia ibi exstiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca et Maximilla fuerunt[384]. Hii adventum Spiritus Sancti non in Apostolis, sed in se[385] traditum asserunt.

C 100
**CATHORIE**[386] vel Cathari quidam heretici propter munditiam ita se nominaverunt: gloriantes enim de suis meritis, negant penitentibus

[380]tisius *P* [381]expectat *P* [382]*sic VaMo:* catarica *cett.* [383]indictione *P*
[384]a cata... fuerunt *om. P* [385]in se: inter *P* [386]*cf. Isid. 8, 5, 28* Catharoe

veniam peccatorum; viduas, si nupserint, tamquam adulteras damnant; mundiores se ceteris predicant; qui[387] nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius quam mundos[388] vocarent.

C 101
**CATAFRACTUS** grece, latine equus loricatus.

C 102
**CATAEPENON**, idest per laudem.

C 103
**CATADIA**, differentia.

C 104
**CATAPROSTIN**, idest ad aliquid.

C 105
**CATAFASIN**[389], idest affirmatio.

C 106
**CATAEPILOGIAM**, secundum rationem.

C 107
**CATAYPOSIM**[390], per ymaginationem.

C 108
**CATA ANTILEXIN**, idest adverbium.

C 109
**CATAMAIN**[391], ergastulum.

C 110
**CATA APHERESIN**[392], idest per[393] privantiam.

[387]quod *P* [388]immundos *P* [389]*sic Va:* catifisin *PLa* catafrasin *R* [390]*sic VaMoAm:* cataposim *R* catarposim *P* cataporsim *La* [391]*sic VaMoAm:* camaim *PR* canaim *La cf. Gloss. V* 595, 20 catomain [392]cata apheresin *scripsi coll. Isid.* 2, 29, 9: cata a proposim *codd.* [393]pro *P*

C 111

**CATAFRONITUS**[394], contumax, contemptor, superbus.

C 112

[1] **CAVO** -as -avi -atum verbum activum, unde hec **cavea** -e, locus concavus vel ubi aves vel alia animalia includuntur; cavea etiam dicitur theatrum vel consessus[395] hominum in circuitu ibi considentium, [2] unde hec **caveola** -le diminutivum, et hec **caverna** -e idest spelunca, unde **cavernula** -le et hec **cavernicula** diminutiva, et **cavernatus** -a -um, et **cavernosus** -a -um in eodem sensu, scilicet perforatus, perfossus, inscrobatus.

[3] Item a cavo hec **gavata**[396] -e, vas est escarum, quasi cavata[397], g posita pro c, et differt a conca quia hec cavata[398], illa concava; et secundum Rabanum[399] hic **cophinus** dicitur a cavo, quasi cavus, quia sit cavus, unde hic **cophinulus** -li diminutivum, et hic **cophinarius** qui eos facit vel vendit vel portat. [4] Item a cavo secundum Ysidorum (12, 1, 42) hic **cabo** -nis, idest equus, quia[400] pedem habet cavum, vel quia pede terram cavet, vel proprie cabo est equus castratus, quasi cavo, unde hic **caballus** quasi diminutivum, idest vilis equus, unde **caballinus** -a -um; Persius (*prol.* 1) 'nec fonte labra prolui caballino'. [5] Et a cabo hic **cabro** -nis et **scarabeus** -bei, et sunt diversorum generum animalia, et dicuntur tam cabrones quam scarabei a cabo, quia de putridis carnibus equorum sepe nascuntur. Item a cabo **cabio** -as verbum activum, idest perforare. [6] Item a cavo **cavus** -a -um, et est cavum natura[401], cavatum manu, et hic **cavus** substantive pro caverna vel foramine. Oratius[402] 'macra cavum repetes artum, quem macra subisti'; unde hec **cavitas** -tis, et per compositionem **concavus** -a -um, [7] et hec **conca**, quia sit cava, vel quia luna deficiente cavatur[403], et invenitur conca pro quodam terreo[404] vase et pro testa[405] cuiusdam piscis, et pro ipso pisce quandoque invenitur, unde hec **coclea** -e diminutivum, quasi concula, [8] unde hic **cocleacius**[406] -cii lapis marinus cocleis et arenis et lapillis concretus et asperrimus, et hoc **coclear** vel

[394]cataronistus *P* [395]*sic Va:* consensus *PRLa* [396]graviata *P* [397]quasi cavata: concavata *P* [398]concavata *P* [399]*univ.* 22, 9 *p.* 604C Dictus autem cophinus, quasi covus vel quasi cavus [400]qui *P* [401]non *P* [402]*epist.* 1, 7, 33 [403][cavatur idest evacuatur *Va*] [404]quodam terreo: quadam terra *P* [405]pro testa: postea *P* [406]*sic La* (-tius): cadeatius *P* coclearius *Va*

cocleare -ris, vel a cavitate vel ab usu prius coclearum dictum; hinc est illud veterum disticon[407]: 'Sum cocleis habilis et non[408] minus utilis ovis, numquid scis potius cur cocleare dicor'; [9] **coclear** etiam est quedam mensura, scilicet dimidia pars dragme, appendens siliquas novem, quod triplicatum conculam facit[409].

[10] Item a conca[410] hec **concula** diminutivum, et concula dicitur quedam mensura que dragma et dimidia est[411]. Item a conca hic **conchus** -chi, quidam lapis qui in concha reperitur, et hoc **conchile** -lis vel **conchilium**, idest piscis qui latitat in conca, de cuius sanguine tingitur lana et fit purpura, [11] unde et quandoque ponitur pro tali tinctura, quandoque pro vitiis que inquinant et tingunt et inficiunt ad modum illius tincture, quandoque pro inquinatis et sordidis et tinctis tinctura vitiorum, unde Iuvenalis (3, 81), pro vitiis vel vitiosis illud ponens, ait 'horum ego non fugiam conchilia'; et componitur cum lego et dicitur hic **conchililegus**, quia conchilia legit, idest colligit.

[12] Item a concha hic **cancer**, quia sit concha[412], et nota quod cancri vivunt de carnibus ostreorum miro ingenio; nam quia validam eorum testam[413] aperire non possunt, explorant quando[414] ostrea claustra testarum aperiant; et tunc cancer latenter lapillum[415] inicit et, impedita conclusione[416], ostree carnes erodit[417]. [13] Item nota multa esse genera concharum, inter quas et margaritifere habentur, que et oceloe[418] dicuntur: in carne pretiosus calculus solidatur, et dicunt quod nocturno tempore[419] litora appetunt, et ex celesti rore margaritas[420] concipiunt, unde et oceloe nominantur. [14] Item nota quod **coclee**[421] dicuntur alte et rotunde turres, sed a ciclo, quasi ciclee, quia per circulum conscendunt et orbem. Cavo componitur **concavo** -as, idest valde cavo vel deorsum cavare vel extrahere; [15] **intercavo** -as inter aliqua cavare, **precavo** -as idest ante vel pre aliis cavare, **recavo** -as, idest iterum vel retro cavare vel extrahere, **succavo** -as, idest subtus cavare; cavo[422] et omnia composita ab eo[423] sunt activa[424].

[407]*Mart. 14, 121* Sum cocleis habilis, sed nec minus utilis ovis. / numquid scis, potius cur cocleare vocor? [408]habilis et non: an et *(ut vid.) P* [409]coclear etiam... facit *om. PLa* [410]*sic* (item a conca) *Va: om. PRLa* [411]hec concula... est *om. R* [412]in conca *P* [413]*om. P* [414]quia *P* [415]*sic VaMoAm:* lapidum *P* lapidem *RLa cf. Isid. 12, 6, 51* [416]exclusione *R* [417]*sic Va:* tradit *P* ebibunt *R* mandit *(ut vid.) La* corrodit *Mo* trahit *Am* [418]*cf. Isid. 12, 6, 49* [419]nocturno tempore: nocturne *P* [420]margarita *P* [421]dee *P* [422]*om. P* [423]eo omnia *P* [424]activa et corripit ca *R*

C 113

[1] **CAVEO** -es cavi cautum, idest observare, videre, prospicere causa vitandi aliquid, cautelam adhibere. Oratius[425] 'hic niger est hunc tu caveto romane'; unde **cautus** -a -um, et potest esse nomen et participium in[426] tali sensu: cautus qui sibi cavet, astutus, callidus, gnarus, et comparatur -tior -simus, unde **caute** vel **cautim** -tius -sime; Terentius (*Haut.* 870-71) 'cautim et paulatim dabis si sapies'; et hec **cautela**. [2] Cautus componitur **incautus**, et comparatur; item cautus sincopatur et dicitur **catus** -a -um idest cautus, unde hic **catus** quoddam animal ingeniosum, scilicet murilegus, quod alii dicunt **gatus** per 'g' sed corrupte; unde hec **cata**, et hic Cato -nis, quia astutus fuit ad modum illius animalis, [3] unde **catonicus** -a -um, et hic et hec **catonista** qui sequitur Catonem et sectam illius; et per compositionem hic **Anticato** -nis, ab anti quod est contra, scilicet rotula in qua Cesar scripsit invectivam contra Catonem Uticensem, et in duabus rotulis scripsit invectivam contra eum, unde et dicte sunt Anticatones, unde et Iuvenalis (6, 338).

[4] Item a cautus hec **cautes** -tis petra durissima et asperrima, quasi cauta quia cavetur; et componitur cum a et dicitur **aconitum** -ti, herba venenifera, quasi a caute natum, quia in cautibus abundet, vel quia de spuma quam Cerberus super lapidem spuit natum est, vel dicitur ab Acone portu Bitinie, quia ibi abundat sicut superius diximus. [5] Item a cautus hoc **cauterium**, ferrum quo uruntur infirmi, quasi cauturium quia caute urat, et est quo inuruntur damnati pro signo[427], ut dum videtur voluntas[428] refrenetur, unde **cauteriolum** diminutivum, [6] unde **cauterio** -as idest cauterio inurere, et componitur **incauterio** -as, et per translationem dicitur incauteriare diffamare, unde quidam[429] 'ego incauteriabo frontem tuam perpetua nota infamie'; et nota quod **cauteriatus** -a -um potest esse participium, et tunc tantum valet quantum cauterio ustus vel diffamatus, et potest esse nomen, et tantum valet quantum durus, malus, unde Apostolus[430] 'cauteriatam habens conscientiam'. [7] Item a cauterium **cauticus** -a -um, idest asper et durus; Macer De viribus herbarum[431] 'a medicis vis cautica dicitur esse'.

[8] Item a caveo hec **cavilla** -le, que de ligno inseritur foramini ad

[425]*sat. 1, 4, 85* hic niger est, hunc tu, Romane, caveto [426]*sic Va: om. PRLa* [427]*om. P* [428]voluptas *R* [429]*non repperi* [430]*Vulg. I Tim. 4, 2* cauteriatam habentium suam conscientiam [431]*cf. Odo Magd. 267* A medicis rutae vis fervi-

modum clavi, unde **cavillo** -as idest cavillis configere vel firmare. Invenitur etiam cavilla pro rixa, contentione, scilicet a calvo -is, sed de his iam precessit sermo. [9] Item a caveo hec **cautio** -nis, idest cautela, iuratio, observatio, et ponitur pro scripto, quia scriptis nobis cavemus, unde ibi[432] 'accipe cautionem tuam'. Et caveo[433] componitur **precaveo**, idest ante vel pre aliis cavere, et est activum cum omnibus suis compositis.

C 114

**CAUSON** incendium est febris sine intermissione.

C 115

**CAUPULUS**[434] est brevis navicula[435].

C 116

**CAULA** -le idest ovile, a greco aula; Greci enim vocant aulas[436] receptacula[437] animalium, et inde caula addita c; caula etiam dicitur cancellus ante iudicem ubi sunt vocati, vel ingressus.

C 117

[1] **CECO** -as -vi -atum, idest facere cecum, unde **ceculto** -as verbum activum, idest cecare, et quandoque ponitur absolute et significat tunc passionem intrinsecus natam, unde Plautus[438] 'numquam michi oculi cecultant? Ubi est Hermiones?'; et **cecus** -a -um, qui neutro oculo videt, vel dicitur cecus a careo[439] quia careat visu, sicut superius diximus, et tunc a cecus ceco -as, [2] et hec **cecitas** -tis, **cecutio** -tis -tivi -tire verbum neutrum, idest cecum esse vel[440] fieri vel insanire, et secundum hoc derivatur a cicuta, cuius[441] sucus haustus vel facit insanire vel mortificari, unde Martianus (1, 3 p. 2, 22) ponens participium ait 'cecutientisque Meonii suaviloquam senectutem'.

[3] Item a cecus **cicuta** -te, quedam herba, quasi cecuta, quia eius sucus nocet oculis vel quia in tirso geniculatos[442] nodos habeat occultos ut

da dicitur esse [432]*Vulg. Luc. 16, 6* [433]concaveo *P* [434]*sic VaAm:* capulus *PRLaMo* [435][navicula. Hic caurio -nis idest sacrum officium *VaMoAm*] [436]*om. R* [437]*sic LaVa:* receptaculum *P* recepticulum *R* [438]*frg. 127* Numnam mihi oculi caecultant? estne hic noster Hermio? [439]a careo *om. P* [440]esse vel *om. P* [441]et secundum... cuius: a cautacus *P* [442]*sic codd. sed cf. Isid. 17, 9, 71* geniculato

canna, sicut dicitur fossa ceca que occulta est; et per compositionem **cicuticen** -cinis qui canit cum cicuta, unde **cicuticina** que cum cicuta canit. [4] Item a cecus hoc **cecum**, quoddam intestinum, quia sit sine[443] foramine et[444] exitu, quod Greci cilon[445] enteron dicunt; hec **cecula** -le, genus serpentis, sic dicta quia parva sit et non habeat oculos; et hoc **cecubum**, quoddam genus vini, quasi cecans bibentem, vel dicitur sic a loco, et hec **cecuma** idest noctua; cecus componitur **semicecus** -a -um. [5] Item a ceco hec **cicatrix** idest vestigium, obductio vulneris, sic dicta quia cecet[446] et obducat vulnera; quod autem dicitur cicatrix cese carnis tritio, ethimologia est; unde hec **cicatricula** diminutivum, et **cicatricosus** -a -um plenus cicatricibus. Plautus[447] 'si tergum cicatricosum nichil hoc simili similius'.

[6] Ceco componitur **exceco** -as, **occeco** -as, unde **occo** -as idest secare, scindere, truncare, semina[448] in terra operire; proprie est quidem[449] occare cum rustici, aratione et satione facta, dimissis bobus, grandes glebas cedunt et ligonibus frangunt, et dicitur occare quasi occecare, quia operiat semina, [7] et tunc est **occatio** quasi occecatio, sed ponitur pro scindere vel secare vel truncare sicut dictum est, unde[450] 'Cloto[451] colum baiulat, Lachesis trahit, Atropos occat', et Persius (6, 26) 'occa et seges altera in herba est'; [8] inde hec **occa** -e, quoddam instrumentum ad terram proscindendam sicut rastrum, et componitur **exocco** -as idest valde occare, **reocco** -as idest iterum occare, et est activum cum omnibus suis compositis.

C 118

[1] **CEDO** -dis cecidi, et numquam cedi, cedere, cesum, idest verberare vel incidere, unde hec **cedes** -dis, unde hec **cedecula** diminutivum. Item a cedo hec **cesonia**, quedam caruncula in fronte equi pulli cum primum prodit ex alvo, unde mulieres faciunt quandam potionem mortiferam[452], et **Cesonia** fuit proprium nomen cuiusdam mulieris; [2] hec **cervix** posterior pars colli sicut anterior gula, quia ibi[453] ceduntur capilli; quod autem cervix dicitur quasi cerebri via, quia per eam partem[454] cerebrum

[443]quia... sine *om. P* [444]*om. P* [445]*cf. Isid. 11, 1, 131* (tilon *nonnulli codd.)*
[446]*sic VaMoAm:* celet *PRLa* [447]*Amph. 446* si tergum cicacitrosum, nihil hoc similist similius [448]semen *R* [449]*om. P* [450]*PLM V 75, 2 cf. supra, B 8, 1*
[451]gloco *P* [452]mortis *P* [453]*om. P* [454]eam partem *om. P*

ad medullam spine dirigitur, ethimologia est et non compositio vel derivatio; unde hec **cervicula** -le diminutivum; [3] cervix etiam quandoque accipitur pro superbia et precipue in plurali, et inde **cervicosus** -a -um, idest superbus et arrogans; et hec **cervica**, idest alapa vel potius colaphus, et hoc **cervical** -lis, idest pulvinar, aureale, quod et **cervicarium**[455] dicitur.

[4] Item a cedo **cesim**, idest divisim, idest arcuatim, unde Quintilianus[456] 'membratim -inquit- cesimque[457] dicimus', et hic **Ceso** -nis, qui de ventre matris ceso scinditur, et hic **Cesar**, quia abstractus fuit de ceso ventre matris, vel quia fortiter alios cedebat[458] in prelio, vel quia secuit sibi cesariem, vel quia cum cesarie sit natus; [5] vel a cesos dicitur, quod est elefas, quia singulari certamine vicit elefantem. Et fuit Cesar primus imperator romanus, unde quilibet[459] imperator romanus dictus est Cesar, sicut Augustus ab Augusto; et a Cesare **cesareus** -a -um possessivum, et **cesarius** -a -um, [6] unde **cesarianus** -a -um, et hic et hec **cesariensis** et hoc -se, et **Cesaria** -e quedam civitas Mauritanie quam Iuba, rex Maurorum, in honorem Augusti Cesaris condidit, sicut Erodes aliam Cesariam in Palestina. Sunt enim plures Cesarie vel Cesaree omnes a Cesare nominate; et per compositionem hec **Cesaraugusta** Tarraconensis[460], Yspanie oppidum a Cesare Augusto situm et nominatum. [7] Item a cedo hec **cesaries** -ei, coma capitis, et est proprie virorum; decet enim virum esse tonsum[461] sed non mulierem; et hic **cincinnus**, crinis qui prolixe dependet: Iuvenalis (6, 492) 'altior hic quare cincinnus', [8] et inde **cincinnatulus** -a -um idest capillatus, quasi magnos cincinnos capillorum habens, unde Ieronimus in quadam epistula[462] 'cincinnatulos pueros et calamistratulos et peregrina unguenta olentes semper devita'. [9] Item cincinnus dicitur panniculus vetus et detritus, et tunc inde[463] **cincinnosus** -a -um idest pannosus, laciniosus[464], tunicosus. Item a cedo hec **cesia** -e idest lenticula, unde **cesius** -a -um lenticulosus; qui enim lenticulosus est colorem non integrum sed intercisum habet, unde Terentius in tertia comedia (*Haut.* 1061-62) 'rufamne illam virginem cesiam'. [10] Item a cedo hic **cestus** -tus -tui corium cum plumbo infuso, quo manus suas pugiles muniunt et se invicem cedunt; **cestus** etiam dicitur baculus pugilis qui corio et corigiis solet esse

[455]cervicarius *P* [456]*inst. 9, 4, 126* membratim caesimque dicemus [457]cedi quasi *P* [458]incedebat *P* [459]unde quilibet *om. P* [460]idest quod sit *P* [461]*om. R* [462]*130, 19, 1* cincinnatulos pueros et calamistratos et peregrini muris olentes pelliculas... virgo devitet [463]*om. P* [464]*sic* (lanci-) *Mo:* lacrimosus *Va* lacinius *Am om. PRLa*

circumdatus, et etiam generaliter[465] arma pugilum dicuntur cestus; unde videtur dici hic **cesticulus**, idest circulus in capite cum aliquid portatur.

[11] Item a cedo hoc **cementum** -ti, idest calx et[466] minutorum lapidum congregatio, et **cesura** lapidum et fundamentum domus, quia ceso lapide surgat, unde hic **cementarius** qui disponit lapidem in muro; cementum etiam[467] dicitur mendacium. [12] Cedo componitur cum am, quod est circum, et dicitur **ancido** mutata m in n, idest circumcirca cedere, unde hoc **ancile** -lis scutum rotundum quod de celo cecidit Numa sacrificante, quasi ancisum idest circumcisum, unde Ovidius[468] 'idque ancile vocant quod ab omni parte rotundum, queque notes oculis angulus omnis habet', vel componitur ancile ab an et cile, sicut postea dicetur. [13] Item cedo componitur **abscido** -dis abscidi, penultima producta, idest discindere[469], separare cedendo; **accido** -dis -cidi idest valde vel iuxta cedere; **concido** -dis idest simul[470] cedere, **circumcido** -dis idest circumcirca cedere sicut est preputiare; [14] **decido** -dis idest deorsum cedere, **excido** -dis idest extra vel valde cedere vel destruere et evertere, unde **excidium** destructio vel eversio, quod potest derivari ab excido -dis et etiam ab excido pro cadere, et secundum hoc antepenultimam corripit; [15] **incido** -is[471], **intercido** -dis idest interpolatim cedere vel intus[472] cedere, unde Beatus Iacobus dictus est intercisus, quia per[473] singula membra fuit cesus; **precido** -dis, idest ante cedere, unde **precidaneus** -a -um idest aptus ad precidendum; [16] **occido** -dis[474], **recido** -dis idest retro cedere vel iterum vel ex omni parte cedere, **succido** -dis idest subtus cedere sicut fit cum porri[475] inter duas partes[476] ceduntur, [17] unde **succidaneus** -a -um, idest aptus ad succidendum, et **succisivus** -a -um in eodem sensu, et pluraliter hec **succisiva** -vorum frusta[477] illa que sutor abscidit de materia, quia de solea subtus absciduntur. [18] Cedo activum est; item omnia composita ab eo sunt activa et omnia mutant e in i in presenti et in preterito et in supino, et omnia faciunt primam presentis temporis indicativi modi in -cido, preteritum in -cidi et supinum in -cisum, et omnia producunt penultimam in presenti et in preterito et in supino et, ut generalius dicatur, ubique hanc sillabam ci producunt.

[465]gladiatoria *P* [466]idest calx et *om. P* [467]*om. P* [468]*fast. 3, 377-78* idque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est, / quaque notes oculis angulus omnis abest [469]describere *P* [470]valde *P* [471]et etiam... incido -is *om. P* [472]extra *P* [473]*om. P* [474]idest ante cedere... occido -dis *om. P* [475]porri *PRLaMoAm:* poma *Va* [476]*sic Va:* terras *cett.* [477]*sic Va:* frustra *PRLa*

C 119

[1] **CEDO** -dis cessi cessum in quinque significationibus invenitur; cedo idest do locum, et secundum hoc construitur cum dativo solo, quandoque cum accusativo et dativo in eodem sensu; idem enim est 'cedo tibi' quod 'cedo locum tibi' et e contrario. [2] Item cedo idest incedo, ut 'cedo ad ecclesiam' idest incedo, et cedo idest recedo, ut 'cedo domum' idest recedo, et cedo idest contingo, ut 'michi bene cedit, tibi male', et secundum hoc ponitur quandoque impersonaliter; et cedo idest evenio, ut[478] 'cesserunt habitande piscibus unde'[479], idest evenerunt; a cedo cessum, u in o, fit **cesso** -as idest frequenter cedere, et invenitur pro peccare, unde verbalia, et **cessabundus** -a -um, idest similis cessanti vel ille qui sepe cessat. [3] Item a cedo **cessiosus** -a -um[480], qui sepe cedit, et **cessim** adverbium, idest cedendo vel gradatim; Martianus (1, 25 p.12, 9-10) 'cessim plerumque recursitans gaudeat occupari', et hic **cetus** -tus -tui congregatio hominum per contrarium quia non cedat, vel melius dicitur[481] a coeundo quasi coetus, unde et per 'oe' diptongum debet scribi, [4] et inde hic **cetus** -ti, sed in plurali est neutri generis et indeclinabile: hec cete, horum cete, pro quodam magno pisce, quia copiosus sit[482] ad instar cetus; unde hic **cetarius** qui illum piscem capit vel vendit, unde Terentius in Eunucho[483] 'et currunt michi obviam leti cupidinarii cetarii', et inde hoc **cetarium** -rii locus ubi venduntur cete vel ubi capiuntur et abundant, quod et pro ipsis et pro quibuslibet piscibus ponitur, unde Oratius in Sermonibus[484] 'plures adunabunt tinni et cetaria crescunt'. [5] Item a cedo **cedo** et **cedite** verbum defectivum et anomalum, et est imperativi modi et secunde persone, et singulariter invenitur[485] cedo[486] idest dic, pluraliter cedite idest dicite, unde Terentius in Eunucho[487] 'quid te ergo alium sollicitat cedo'; [6] item a cedo **cesso** -sis -sivi verbum desiderativum, quod non est in usu in simplicitate. Cedo componitur **antecedo** -dis idest ante cedere, **abscedo** -is ab aliquo cedere et absentari; **accedo** -dis ad aliquem cedere, et ex prepositione exigit accusativum ut 'accedo illum', idest

[478]unde *P* [479]*Ov. met. 1, 74* cesserunt nitidis habitandae piscibus undae [480]idest similis... -um *om. P* [481]*om. P* [482]*sic* (quia copiosus sit) *VaMoAm:* copiosus *P* copioso *R* et copioso *La* [483]*256-57* concurrunt laeti mi obviam cuppedenarii omnes, / cetarii [484]*sat. 2, 5, 44* plures adnabunt thynni et cetaria crescent [485]singulariter invenitur: singularis numeri *R* [486]*om. P* [487]*162* quid te ergo aliud sollicitat? cedo

'cedo ad illum'; noster[488] tamen usus habet[489] ut dicatur 'accedo ad illum', in quo sine dubio est superfluitas prepositionis vel in appositione vel in compositione; et ab accedo **accesso** -sis -sivi -situm desiderativum. [7] Item componitur cedo **concedo**, idest simul ad aliquem locum vel ad aliqua loca divertere, vel dare, largiri, unde solet dici 'concedimus propria vel cedimus, restituimus aliena'; **decedo** deorsum vel de uno loco ad alium cedere, unde et ponitur pro migrare vel mori, unde **decessus** -sus -sui, et **decesso** -sis -sivi -situm desiderativum, idest decedere vel declinare, unde Ambrosius Super Egisippum[490] 'ubi[491] neque Demetrius pecunia conductos decessere a fide vidit'; [8] **discedo** -is in diversam partem cedere, unde **discessus** -sus -sui; **excedo** -is, exire[492], extra cedere, et excedo idest excellere vel trascendere et superare, unde **excessus** -sus -sui; **incedo** -is, et est nobilium, unde **incessus** -sus -sui, et **incesso** -sis -sivi verbum activum, idest provocare; [9] **intercedo**, pro aliquo ad aliquem preces facere; est enim intercedere inter aliquos cedere et esse mediatorem et proprie inter minorem et maiorem, ut maior condescendat minori precibus mediatoris, unde et sancti dicuntur nostri intercessores apud Deum: [10] sunt enim mediatores inter nos et Deum singulis diebus pro nobis eum orantes, quorum intercessione ille, qui renes scrutatur et corda, nobis auxilietur ut opus hoc inceptum ad effectum valeamus perducere, quatinus qui in cecitate ignorantie ambulant per nos, immo per gratiam Dei, aliquantulum[493] illustrari valeant. [11] Item componitur **precedo** -is, idest anteire; **procedo** -is, idest paulatim in anteriorem partem ire, et est proprie ferentium sacra, unde **processio**: procedit qui in anteriorem partem it, precedit qui sequentem anteit. [12] Item procedere idest prospere et ad bonum cedere, unde **processus** -sus -sui, idest prosper[494] eventus vel augmentum. Item a procedo hic **procer** -ris, et dicuntur **proceres** capita trabium que eminent extra parietes, quasi procedes, quia ante procedant; hinc est facta translatio ad quosdam nobiles, ut proceres dicantur quasi procedes, quia ante omnes honore precedant, et etiam omnes nobiles et primores possunt dici proceres; sed numerus singularis non est in usu. [13] Item a procedo **procerus** -a -um idest longus, altus, et comparatur, unde hec **proceritas** idest longitudo, altitudo; **recedo** -is, idest retro cedere; [14] **succedo** -is

[488]videtur *P* [489]usus habet *om. P* [490]*Heges. 1, 10, 1 p. 15, 2-3* ubi neque Demetrius p. c. desciscere a fide vidit [491]unde *P* [492]excedo -dis exire*:* existere *P* [493]*om. P* [494]et ad bonum... prosper *om. P*

subtus[495] et post cedere, unde et **successores** dicuntur[496] qui locum precedentium occupant; et succedere prospere evenire, unde hic **successus** -sus -sui idest prosper et bonus eventus; [15] **secedo** -is seorsum cedere, separari, unde hic **secessus** -sus -sui, idest locus secretus, quasi sine accessu. Cedo neutrum est; composita ab eo omnia sunt neutra preter antecedo et concedo et excedo pro superare, et precedo, que sunt activa. Item omnia retinent litteraturam sui simplicis ubique. [16] Item simplex et composita faciunt preteritum in -cessi et supinum in -cessum et producunt 'ce' ubique. Item nota differentiam: discedere dicimus per divortium, abscedere per absentationem, secedere per singularitatem, decedere per mortem.

C 120

**CEDAR** nomen est loci et nomen fuit viri, et est hebreum, et interpretatur tenebre.

C 121

**CEDRON**, nomem fluvii vel loci, et similiter interpretatur tenebre.

C 122

Hec **CEDRUS**, arbor quam Greci vocant cedros, quod est arbor ardentis humoris, unde[497] **cedrinus** -a -um, et hec **cedria**, unguentum ex ea quo asseres liniti non putrescunt vel tempore vel vermibus.

C 123

[1] **CELO** -as -vi, idest sculpere, pingere, et est in alia significatione contrarium ad revelare, et secundum hoc construitur cum duobus diversis accusativis[498], ut 'celo te consilium meum'; [2] et inde hec **cella** -le, quia celat inhabitantes, unde hec **cellula** -le diminutivum, et hoc **cellarium**, vel dicitur a colligo -gis, quia in eo colligantur ministeria mensarum, vel que necessaria victui supersunt, et est cellarium paucorum dierum sed promptuarium longi temporis; et a cellarium hic **cellarius** et hic **cellerarius**[499] custos cellarii. [3] Item cella componitur hoc **bicellium** -lii, idest domus que duas in se continet cellas, sicut domus mercatorum in urbe; et hic **circumcellio** -nis, idest monachus qui per diversas semper vagatur cel-

[495]*om. P* [496]*om. P* [497]*sic Va: om. PRLa* [498]*om. P* [499]et hic cellerarius *om. R*

las devastando et devorando quicquid ibi invenerit, qui[500] et **circellio** dicitur; [4] et hic **circumcilio** -onis, et sunt **Circumciliones** quidam heretici, sic dicti quia agrestes sint, quos Scotopitas[501] vocant, qui Christum filium Dei adoptivum non proprium asserunt, et videtur nomen compositum sicut et circumcellio[502].

[5] Item a celo hoc **cilum** -li, idest folliculus quo oculus tegitur quia oculos celet, vel secundum Ysidorum (11, 1, 65) a cilleo -es quod est movere, quia sepe movetur, unde hoc **cilium** -lii, idest pilorum ordo qui in folliculo illo crescit, quod componitur hoc **supercilium**, idest ordo pilorum qui est super oculos, et hoc **intercilium**, spatium quod est inter duo supercilia; [6] et supercilium ponitur quandoque pro superbia, quia in eo maxime apparet, unde **superciliosus** -a -um idest superbus et arrogans, et superciliosus idest tristis, severus, nubilosus, qui semper incedit depresso supercilio.

[7] Item a celo -las hoc **celum** -li, quia celat nos secreta, vel a celo -las pro sculpere, quia sculptum est et insignitum variis stellis; vel componitur a casa et elios, quod est sol, quia sit casa solis; et[503] a celum hic et hec **celestis** et hoc -ste, [8] et **celibus** -a -um, et **celicus** -a -um in eodem sensu, et pluraliter hii et hee **celites** -litum, idest vitam celestem agentes, scilicet Dei, unde **celitus** adverbium loci, ut 'Gabriel missus est celitus'[504], idest a celo vel deis; [9] et hoc **celeuma** -tis dicitur a celo, idest clamor nauticus quia ad celum deferatur. Dicitur quoque generaliter pro quolibet clamore, unde Ieronimus super Isaiam[505] 'nequaquam vindemiis letus vindemiator celeuma cantabit'; [10] unde **celeumaticus** -a -um, quod componitur **proceleumaticus**, scilicet pes constans ex quatuor brevibus, quia ad talem clamorem describendum fuit inventus. [11] Et a celestis per compositionem hic et hec **celebs** -bis, idest celestem vitam ducens: de media dictione est ibi 'b' loco 'v', de ultima est ibi 's', idest virgo vel castus sine solicitudine seculari, vel vir sine uxore, quasi celestem vitam ducens; unde **celibatus** -tus -tui idest virginitas, unde Martianus (1, 5 p. 3, 23) 'constituit pellere celibatum'.

[12] Item a celum hic **celeber** hec celebris hoc celebre idest festivus, solemnis, famosus, notus, sanctus, frequens, frequentatus; proprie dicitur

[500]quod *R* [501]*cf. Isid. 8, 5, 53* Cotopitas [502]*sic Va:* circumcilio *PRLa* [503]dicetur et *P* [504]*cf. Vulg. Luc. 1, 26* missus est angelus Gabrihel a Deo [505]*5, 16, 10 ll. 11-12* Nequaquam in vindemia laetus vindemiator celeuma cantabit

locus ille celeber qui a multis frequentatur vel[506] ubi celebria[507] aguntur, ut forum, ecclesia; et comparatur -brior -rimus; [13] unde **celebriter** -rius -rime adverbium, et hec **celebritas** solemnitas, frequentia, conventus, et **celebro** -bras frequentare, venerari, colere.

[14] Item a celum **clarus** -a -um, quia splendeat, et comparatur -rior -simus, unde **clare** -rius -sime adverbium, et hec **claritas** -tis, et **claritudo** -nis, et hec **claredo** -nis in eodem sensu, [15] et hec **gloria** -e frequens fama cum laude, et dicitur gloria quasi cloria a frequentia claritatis, g pro c, vel gloria quasi glaurea a laurea que datur victoribus, et tunc dicitur gloria quasi glaurea, idest gerens lauream, et est ethimologia; [16] et inde hec **gloriola** -e diminutivum, et **gloriosus** -a -um, et comparatur, unde **gloriositas**; et componitur **ingloriosus** -a -um, quia sit sine gloria idest triumphis, et ingloriosus immemor glorie. [17] Item a gloria **glorior** -aris, et componitur **conglorior** -aris. Item gloria componitur **glorifico** -as activum; et **inglorius** -a -um idem est quod ingloriosus, unde quidam[508] 'ne queras gloriam et non dolebis cum inglorius eris'. [18] Item a clarus hic **Clarius** idest sol, quia sit clarus, vel a Claro insula in qua colitur, unde Martianus Capella[509] 'crescebat votis quod multa eam Clarius conciliatione devinxerat', [19] et **claro** -as clarum facere et manifestum, sed non est in usu, et componitur **declaro** -as notificare, et a claro -as **clareo** -es verbum neutrum, idest esse vel fieri clarum, unde **claresco** -scis verbum inchoativum. [20] Item a clarus hic **clerus** quia sit clarus, vel potius a cleros sicut postea dicemus, et per compositionem **clarifico** -as, idest facere clarum, et est activum. [21] Item a clarus et actio hec **clarigatio** -nis, idest clara actio, scilicet que exponitur clara et aperta voce, et potest esse verbale a **clarigo** -as, idest clarigationem facere, idest causas[510] belli exponere, et est sumptum de romana consuetudine; [22] cum enim Romani bellum hostibus indicere volebant, pater patratus ad fines hostium proficiscebatur et clara voce exponebat quibus de causis bellum indiceret, que causarum expositio clarigatio dicebatur, quia clara voce fieret; [23] expositis autem causis, hasta emissa in fines hostium indicabat pugne principium. Item clarus componitur **preclarus**, **quamclarus**, ambo pro[511] valde clarus.

[506]*sic Va:* vel celeberima *PRLa* [507]celestia *PLaVa* [508]*Hier. in Matth. 5, 12* Ne quaeras gloriam et non dolebis cum ingloriosus (inglorius *v. l.*) fueris [509]*1, 34 p. 15, 2-3* accrescebat votis, quod multa eam Clarius c. d. [510]casus *R* [511]*om. P*

[24] Item a celum hec **celido** idest yrundo, quia in celo idest in aere cibum capiat, unde **celidonia** quedam herba que erumpit in adventu yrundinum, vel quia pullis yrundinum, si patiantur in oculis, mater ex hac herba dicatur mederi, et statim visum recipiunt, [25] et **celidonia** quedam gemma ex[512] yrundinum colore vocata, que et **celonitis** dicitur, unde **celidoniacus**, scilicet gladius lati ferri, cuius mucro duplex et bifurcus in modum caude yrundinis formatur. [26] Celum componitur hic et hec **celigena** -ne, genitus a deis, hic et hec **celicola** -le, qui colit deos vel qui habitat celum, ut deus.

[27] Item a celum **celer** -ris et hoc -re genitivo celeris, idest velox, et comparatur -rior -rimus, unde **celeriter** -rius -rime, et hec **celeritas** idest velocitas, [28] et **celeriusculus** -a -um, idest aliquantulum celer, diminutivum, unde **celeriuscule** adverbium idest cito, unde Cicero[513] 'strenue quod volumus ostendere celeriuscule factum dicemus'. [29] Item a celer **celero** -as verbum neutrum, idest maturare, festinare, et componitur **accelero** -as, **concelero** -as, **precelero** -as, et sunt omnia neutra composita ab eo. [30] Item a celer hec **celox** -cis, vel hec **celonis**[514], idest velox navis et ad ministerium classis apta; tales naves Greci vocant celoces[515]. Plautus in Asinaria (258) 'quo hanc celocem conferam' et Ennius[516] 'labitur uncta carina per equoraque alta celonis', [31] unde hic et hec et hoc **celox** idest velox, et per compositionem hec **celundria** vel **celindria**[517], navis que velociter currit in ydro, idest in aqua; celer componitur **preceler** et **perceler**, idest valde celer, et hec sillaba[518] ce penultima corripitur.

[32] Item a celo -as pro sculpere vel pingere descendit hic **celtes** -tis, quoddam instrumentum ferreum aptum ad sculpendum, unde Iob[519] 'quis michi det ut exarentur in libro stilo ferreo vel plumbi lamina vel celte sculpantur in silice'. [33] Idiote tamen proferunt ibi 'certe'. Et idem dicitur hoc **cilium** -lii, quod vulgo cilionem vel scalpellum vocant. Et hec **celatura** -re idest sculptura vel pictura, et hoc **celamen** -nis pro eodem, et hec **celiptia** -e quoddam genus mitre, vel quia picta est, vel quia abscondat capillos. [34] Celo componitur **concelo** -as simul celare, **recelo** -as idest revelare, et est activum cum omnibus suis compositis, et omnia producunt hanc sillabam ce.

[512]gemma ex *om. P* [513]*rhet. Her. 3, 14, 24* Strenue quod volumus ostendere factum: celeriuscule dicemus [514]*cf. Isid. 19, 1, 22* celoces (celones *v. l.*) [515]celecino *P* [516]*ann. 478* Labitur uncta carina per aequora cana celocis [517]vel celindria *om. P* [518]similia *P* [519]*19, 23-24* quis mihi d. u. e. i. l. stilo ferreo et

C 124

**CELET**[520] dictus est Salomon, et dicitur celeth hebraice, grece ecclesiastes, latine contionator, quia ad populum loqueretur.

C 125

[1] **CHELON** grece, latine curvum dicitur, unde grece chelon brachium dicitur sive crus propter curvitatem, inde **chele** dicuntur brachia scorpionis propter curvitatem; unde hec **chelis** -lis idest cithara, quia in modum brachiorum curvata est, unde Statius Tebaidos[521] 'non tendo chelim'. [2] Item **Chele** -arum invenitur pro Libra signo, quia ex pedibus Virginis et brachiis Scorpionis efficitur; chele componitur cum peri, quod est circum, et dicitur hec **perischelis** -dis, idest ornamentum mulierum circa brachia, vel potius circa crura, quo gressus earum ornatur.

C 126

Hoc **CHELONIUM** stagnum est Sicilie tetro odore[522] affligens proximantes.

C 127

[1] **CELTE** -tarum quidam Galli dicti sunt olim. Ab istis quidam recedentes et iuxta fluvium Yspanie, scilicet Iberum, considentes, mixto vocabulo utriusque cum altero, dicti sunt **Celtiberi**, [2] unde hec **Celtiberia** -e regio dicta est, a quo sumitur gentile **celtiber** -a -um.

C 128

[1] **CELLO** -lis ceculi vel cellui cellere celsum vel culsum, verbum activum si esset in usu, idest superare, et inde **celsus** -a -um; [2] vel celsus dicitur a celo quia sublimis sit et altus et quasi celestis, et comparatur -sior -simus, unde **celse** -sius -sime, et hec **celsitudo** -nis, et **celticus** -a -um idest nobilis; [3] celsus componitur **excelsus** -a -um et comparatur -sior -simus, unde **excelse** -sius -sime, et hec **excelsitudo**.

[4] Item a cello -lis **celleo** -les -lui, idest preesse, neutrum est et absolutum. Componitur cello vel celleo cum ex et dicitur **excelleo** -les -let -lui, et **excello** -lis exculi vel excellui exculsum vel excelsum; excelleo neu-

plumbi lammina vel certe (celte *v. l.*) s. in silice [520]*cf. Isid. 6, 1, 7* Coheleth [521]*1, 33* nunc tendo chelyn [522]tetro odore *om. P*

trum est et absolutum et construitur tantum cum ablativo, ut 'iste excellet sapientia'; [5] excello transitivum est et construitur cum accusativo et dativo in eodem sensu, ut[523] 'iste excellit illum', et secundum hoc est activum, ut[524] 'iste excellit illi' et est idem sensus, et secundum hoc est neutrum. [6] Et ab excello vel excelleo hic et hec et hoc **excellens** -tis, quod comparatur -tior -simus, unde **excellenter** -tius -sime, et hec **excellentia.** [7] Item cello componitur **precello** -lis -lui vel preculi idest superare, **percello** -lis -culi idest percutere vel potius terrefacere: percutere enim pertinet ad corpus, percellere ad animum; [8] **procello** -lis proculi proculsum idest percutere, unde hec **procella** -le, et est procella subita vis ventorum cum pluviis quia procellat, idest percutiat, et est procella proprie terrarum et celi, tempestas fluctuum tantum dicitur, tamen quandoque procella elevatio fluctuum sed propter ventos; [9] unde **procellosus** -a -um tempestuosus, et comparatur, unde **procellositas** tempestuositas. [10] Et nota quod composita a celleo neutra sunt sicut et simplex, et faciunt preteritum tantum in -lui; composita a cello omnia sunt activa, nisi quod excello, secundum quod construitur cum dativo, est neutrum, et omnia faciunt[525] preteritum[526] in -culi tantum et supinum in -culsum tantum, nisi quod excello et precello inveniuntur facere exculi et excellui, preculi et precellui, exculsum et excelsum, preculsum et precelsum.

C 129
Hec **CEMERIA**[527] -e, idest silva obscura.

C 130
[1] **CENON** idest novum, et cenon idest commune. A cenon quod est novum, et en, quod est in, componitur **encenia** -orum, idest initiationes, nova festa, sicut dedicationes ecclesiarum; [2] unde **encenio** -as, idest initiare aliquid primo exercere, ut vulgo solet dici 'iste hodie enceniat mantellum suum', cum eum novum primo portat; similiter ecclesia enceniatur quando nova dedicatur. [3] Item a cenon, quod est commune, hec **cenomia**[528] -e idest communis musca. Item a cenon quod est commune[529] et habito -as componitur hoc **cenobium** idest monasterium, scilicet communis habitatio plurimorum, ubi plures sunt congregati ad communiter

[523]*om. P* [524]et *P* [525]*om. R* [526]*om. P* [527]*Gloss. IV 493, 53* [528]*cf. supra, C 68* casnomia [529]hec cenomia... commune *om. P*

et insimul habitandum et comedendum, unde hic et hec **cenobita**, qui vel que locum illum habitat. [4] Quidam tamen solent scribere hoc nomen per 's', ut dicatur **scenobium** a scenon quod est umbra, quia talis locus solet fieri in umbrosis et nemorosis locis, et inde hic et hec **scenobita**. [5] Item a cenon, quod est commune, dicitur **cena** quasi a communione vescendi; antiqui enim publice et in propatulo comedebant, non solitarii et private sicut modo, ne singularitas deliciis luxuriam generaret; vel dicitur cena quasi scena a scenon quod est umbra, et dicitur proprie cena in sero sicut iantanculum[530] in mane, prandium in tertia, merenda vel antecena in nona, obsonium post cenam; sed tractantes de singulis, melius hoc[531] distinguemus. [6] Et a cena hec **cenula** idest parva cena, diminutivum, et hoc **cenaculum**, et hoc **cenatorium**, idem, scilicet locus cenandi, et **cenaticus** -a -um idest ad cenam pertinens, unde Plautus in Captivis[532] 'est illic una spes cenatica michi'; et hic **cementarius**[533] qui victum manibus queritat; [7] cena componitur hic et hec **incenis** et hoc -ne, idest ieiunus quasi sine cena, unde idem Plautus in Cassina[534] 'cupiunt extrudere incenem ex edibus'; et hoc **cenopolium**[535], locus ubi poliuntur idest ornantur cibi, a cena et polio, scilicet coquina, quod et pro cellario invenitur, unde Plautus[536] 'cum panem et vinum petimus ex cenopolio'; [8] et hic **cenobates** -tis, qui propter cenam super funem ambulat, sed hoc per s debet scribi, scilicet **scenobates**, sicut in sequentibus dicemus.

[9] Item a cena **ceno** -as idest cenam sumere; a cuius ultimo supino, scilicet cenatu, a in i et u in o, fit **cenito** -as frequentativum, idest frequenter cenare, unde Macrobius De Saturnalibus[537] 'imperare cepit ut patentibus ianuis pransitaretur et cenitaretur'. [10] Item a ceno hoc **cenodochium**, idest domus in qua cenandi refugium est pauperibus, scilicet hospitale, et inde hic **cenodochiarius** idest elimosinarius, unde hec **cenodochiaria** eius uxor, vel elimosinaria, sed hec[538] melius scribuntur per 'x', ut dicantur a xenos, quod postea dicetur.

[11] Item a ceno -as hoc **cenum**, per contrarium, quia non cenetur, unde

[530]gentaculum *P* [531]*om. R* [532]*496* est illic mi una spes cenatica [533]*sic Va:* cenatarius *R* cenetarius *PLaAm* cenentarius *Mo; cf. Hier in Matth. 12, 13* homo iste qui aridam habet manum caementarius scribitur [534]*776* cupiunt extrudere incenatum (incenem *v. l.*) ex aedibus [535]*sic Va:* cenupolium *R* cenipolium *PLa* [536]*Asin.* 200 quom a pistore panem petimus, vinum ex oenopolio [537]*3, 17, 1* imperari coepit ut p. i. p. e. c. [538]*om. R*

**cenosus** -a -um idest fetidus, spurcus, yrcosus[539]; **cenulentus** -a -um, plenus ceno, a ceno et lentos greco, quod significat plenitudinem, et utrumque comparatur; unde hec **cenositas** -tis et hec **cenulentia** -e, idest fetor. [12] Item cenum componitur cum veho et dicitur hoc **cenovehum** et hoc **cenovectorium**, idest instrumentum in quo portatur cenum; [13] et cum doxa, quod est gloria, et dicitur hic **cenodoxus** et hec **cenodoxa**, qui vel que est cupidus vel cupida inanis glorie, unde hec **cenodoxia**, idest cenosa et vana gloria, sicut est gloria mundana. [14] Item cenum componitur **obscenus** -a -um, vel ab ob et cena quasi contra cenam, nam obscena cene sunt contraria; vel obscenus ab ob et cano, proprie enim de voce dicitur: vox obscena idest dura et turpis, licet et de alia re immunda et turpi dicatur obscenus; [15] ceno componitur **conceno** idest simul cenare, **receno** idest iterum cenare, et cum omnibus suis compositis est neutrum et producit ce sillabam.

C 131

[1] **CENSEO** -es -sui censum[540], iudicare, iubere[541], statuere, suadere, deliberare, nominare, estimare, numerare, et inde hic **censor** -ris, idest iudex, et proprie qui iudicat de moribus et eos corrigit, [2] et inde hic **censorius** -rii et hic **censorinus** -ni pro eodem, scilicet censor, unde et[542] Cato dictus est Censorinus, quia morum erat corrector; et possunt esse adiectiva et possessiva[543], ut censoria res idest res censoris. Item derivata possunt esse a census, sicut dicemus. [3] Item a censeo hec **censura** idest iudicium, vigor, severitas, mensura, vindicta, potestas, sententia, decus, et hic **census** -sus -sui idest pecunia, facultas descripta publice vel extimata, et inde hic **censorinus** et **censorius** pro illo qui servat pecuniam vel censum, et hic et hec **censualis** -lis, idest officialis qui censum exigit provincialem; [4] et qui dat illud similiter dicitur hic **census** -si, et sunt proprie censi quorum patrimonia publice adnotata sunt vel descripta vel extimata; et per compositionem **capitecensus**, cuius significationem diximus in tractatu de capio.

[5] Item a censeo hoc **centrum** -tri, idest punctum in medio circuli vel alterius rei, a quo equaliter distat quelibet pars periferie, quod et hoc **centron** indeclinabile invenitur, et hic **centron** -nis; [6] et dicitur centrum a

[539]idest fetidus... yrcosus *om. P* [540]*om. R* [541]*om. P* [542]*om. R* [543]et possessiva *om. P*

censeo, quia secundum ipsum sumitur iudicium periferie continendo semper[544] alterum pedem circini; vel dicitur sic quasi cuentrum, quia cuncta ad ipsum vertuntur. Et nota quod censeo est[545] secunde coniugationis, et **censo** tertie, et **censio** quarte invenitur; in significatione non differunt in simplicitate vel in compositione, sed in litteratura differunt: [7] censeo facit preteritum censui et supinum censum, unde participium **census** -a -um; censo -sis facit censui -situm, penultima correpta, unde participium **censitus** -a -um penultima correpta; [8] censio -sis facit censivi, censitum penultima producta, unde **censitus** -a -um participium penultimam producit; ergo pro voluntate legentis dicetur in prosa cénsitus vel censìtus, recénsitus vel recensìtus. [9] Quodlibet istorum componitur cum per et dicitur **percenseo** -sui percensum; **percenso** -sis -sui percensitum; **percensio** -sivi percensitum, idest perfecte vel valde censere vel perquirere, circuire, pererrare, unde Ovidius in II Metamorphoseos (335) 'et laniata sinus totum percensuit orbem'. [10] Item componitur **recenseo** -sui -sum, et **recenso** -sui -censitum, **recensio** -sivi -situm, idest numerare vel[546] recitare, recolere, rememorare, revenerari, [11] et inde hic et hec et hoc **recens** -tis secundum quosdam, idest novus, et comparatur -tior -simus, unde **recenter** -tius -sime adverbium. [12] Item componitur **succenseo** -sui succensum, **succenso** -sui -situm, **succensio** -sivi -situm, idest irasci, unde in Prologo Musice 'succensuerunt malefacta leti'; [13] censeo, censo, censio activa sunt, et composita ab eis similiter activa preter succenseo, quod est neutrum pro irasci; si forte inveniatur ut sui simplicis redoleat significationem, activum erit.

C 132

[1] **CENTUM** omnis generis est et indeclinabile et tantum pluralis numeri, et est primitivum ut dicunt, vel potius derivatur a canto, qui est circulus et circumferentia rote, quia ibi circuletur et curvetur numerus ad primum, vel quia ille numerus perfectus est; [2] unde **centenus** -a -um: in singulari tantum valet quantum et suum primitivum, sed in plurali tenetur distributive, et distribuit per parem numerum sicut bini et terni, ut 'isti incedunt centeni', [3] unde **centenarius** -a -um continens centum vel habens centum annos, et hic **centenarius** pro tali numero, et hoc **centenarium** pro quodam pondere centum librarum, quod pondus Romani in-

[544]*sic Va: om. PRLa* [545]*om. P* [546]iterum *R*

stituerunt propter perfectionem centenarii numeri, [4] et hoc **centenum** -ni, quoddam genus annone, scilicet milium, quia in pluribus locis semen eius in crementum frugis centesimum renascatur, unde et milium a multitudine fructus dicitur. [5] Item a centum **centesimus** -a -um nomen ordinale, et **centies** adverbium, et **centuplus** -a -um idest centies tantum, et est compositum a centum et plica, unde **centuplo** -as[547] idem quod **centuplico** -as.

[6] Item a centum hic **cento** -nis, et dicebantur olim centones qui de carminibus Homeri vel Virgilii ad propria opera[548], more centonario, ex multis hinc inde compositis in unum sarciunt corpus ad facultatem cuiuscumque materie, sed de cuiuscumque carminibus quicumque modo hoc faciunt, centones dicuntur; [7] et **cento** -nis dicitur sartor[549], pulvinaris[550] vel velum de multis pannis, vel qui facit filtra et ipsum filtrum, unde Macrobius De Saturnalibus[551] 'scrofe sub centonibus cadaver collocat super quos uxor cubat'. [8] Item Iuvenalis (6, 121) 'intravit calidum veteri centone lupanar'; quidam tamen dicunt quod hic cento dicitur fetor veniens ex assiduitate libidinis. [9] Item a centum vel cento hec **centrix** -cis, et dicuntur centrices meretrices, lupe, multivire, diobolares, nonarie[552], et dicuntur a centum propter multitudinem, vel a centonibus idest a filtris, quia eis desiccabantur filtra[553] vel quia sternuntur in lupanari ut locus reddatur calidior. [10] Item a centum hic **centurio** -nis, qui centum preest viris, unde Persius[554] 'dixerit hec inter varicosos centuriones', unde hec **centuria** -e, centum homines in re militari, unde Oratius[555] 'centurie seniorum agitant expertia frugis'; [11] et **centuria** dicitur ducenta[556] iugera in agris[557] sicut ager ducentorum iugerum, qui antiquitus a centum iugeribus centuria vocabatur, sed postea duplicata est mensura et nomen pristinum retinuit; in numero enim centurie multiplicate sunt, sed nomen mutare non potuerunt; [12] et a centurio vel centuria **centurio** -as idest ordinare, per centurias distribuere, quod componitur **concenturio** -as idest coordinare vel adiuvare, et **succenturio** -as idest succurrere, vel potius in succursus primorum post illos ordinare; [13] proprie enim **succenturiati** dicuntur qui post primam aciem sunt ordinati, ut eis succurrant si necesse fuerit, unde Terentius in Formione (229-30) 'ego in insidiis

[547]adverbium *P* [548]*om. P* [549]cantor *P* [550]*sic Am:* pulvinar *cett.* [551]*1, 6, 30* scrophae cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat [552]*om. P* [553]*om. P* [554]*5, 189* dixeris haec inter v. c. [555]*ars 341* [556]ducentum *P* [557]in agris: magnis *P*

hic ero succenturiatus'. [14] Item a centurio dicitur per compositionem hec **accenturialis** -lis, idest fibula vel zona centurionis; Macrobius De Saturnalibus[558] 'accenturialem ex muneribus afferri iussit eamque divisam sudario recondi'. [15] Item a centum hec **centua** -e, mensura terre vel vinee habens per singulas partes pedes centum; et per compositionem hec **centupeda** -de genus animalis a multitudine pedum dictum. [16] Item componitur **ducenti** -te -ta, unde **ducenties** adverbium, et **ducentesimus** -a -um, et **ducentenus** -a -um, et per compositionem **ducentuplus** -a -um. [17] Item componitur **trecenti** -te -ta, **quadringenti** -te -ta, **quingenti** -te -ta, **sexcenti** -te -ta, **septingenti** -te -ta, **octingenti** -te -ta, **nongenti** -te -ta, ut semper mutetur 'c' in 'g' antecedente 'n', in aliis non; [18] et ab omnibus istis descendunt derivativa, sicut a ducenti, et ad eorum similitudinem formantur. Significationes vero facile est distinguere ex illis que diximus superius in derivativis a centum; [19] tamen significationem et declinationem et compositionem omnium numeralium, Deo vitam dante, in sequentibus dilucidissime invenies. Item centum componitur et dicitur **centimanus** -nus -nui secundum Priscianum[559], sed potius videtur declinandum hic **centimanus** -ni, vel adiective **centimanus** -a -um, qui centum manus habet.

C 133
[1] Hic **CENCRIS** -is quidam serpens qui non vadit per terram se sinuando huc et illuc sicut alii serpentes, sed rectum iter per terram efficit, unde Lucanus (9, 712) 'et semper recto lapsurus limite cencris'; [2] ita enim plenus est veneno, quod si in aliqua parte flecteretur statim creparet; et dicitur a cencre, quod interpretatur rectum, vel dicitur cencris a cencre, quod est milium, quia habet in pelle maculas minimas sicut milium.

C 134
**CENTAMEN** cena iniuriosa[560].

C 135
**CENTAUREA** herba est[561] quia a Chirone centauro fertur reperta, que

[558] *1, 23, 16* vitem centurialem deus ex muneribus in aede dedicatis deferri iussit divisamque in partes sudario condi [559] *cf. gramm. II 268, 7* 'hic centimanus huius centimanus' [560] innumerosa *P cf. Gloss. V 521, 17; 564, 58* centamen cenam iniuriosam [561] ]dicitur *Mo*]

et limnius[562] dicitur quia locis humidis nascatur, et fel terre propter amaritudinem.

C 136

[1] **CEPHAS** vel **cephalim** Greci dicunt caput, unde **Cephas** dictus est Petrus, quia in capite et principatu sit constitutus Apostolorum; et hoc **cepe** indeclinabile in singulari, quia non est nisi caput, unde Nevius[563] 'cui cepe edendo oculus alter profluit'. [2] In plurali hee **cepe** -parum dicimus. Invenitur etiam **cepa** -e in singulari, unde Ovidius[564] 'cedenda est ortis eruta cepa meis', et etiam hoc **cepe** in singulari invenitur, unde et Varro[565] ait 'multifariam in patellis coquere cepe'. [3] Invenitur etiam hic **cepicius** et hoc **cepicium** pro cepe. Et a cepa hic **ceparius** -i ortulanus, qui custodit cepas vel qui vendit, unde et hec **ceparia** idest ortulana, et **ceparius** -a -um possessivum, ut 'folium ceparium' idest cepe, vel designat materiam ut 'olus ceparium' idest de cepis.

[4] Item a cephas hec **caparis** -ris quedam herba vel virgultum simile lentisco, quia habeat in summitatibus rotunda seminum capitula, et hec **ciparissus** quedam arbor que, et **cupressus** et **cipressus** dicitur, quia caput eius a rotunditate in acumen erigitur, [5] unde et conon vocatur idest alta rotunditas, et hinc fructus eius conus, quia rotunditas eius talis est ut conum imitetur, unde et conifere ciparissi dicuntur; vel dicta est ciparissus a quodam eius nominis puero in illam arborem mutato, unde hec **ciparissa** -e nocturna imago.

[6] Item a cephas hec **cephalea** -e vel **cephalargia**, vena vel dolor capitis. Item ab a, quod est sine, et cephas dicti sunt quidam heretici **Acephali** vel **Acephalite**, quasi sine capite, quia auctor eorum non inveniatur, et quicumque incerte sententie[566] institit[567] iure **acephalus** dicitur. [7] Item omnes heretici et omnes mali possunt dici acephali, idest sine capite Christo Iesu qui est caput nostrum, cuius nos membra sumus, et utinam simus in re prout habemus in spe. Item a cinos, quod est canis, et cephas dicitur hic **cinocephalus**, de cuius significatione diximus cum locuti sumus de derivatis ab hoc nomine canis.

[562] *sic Am:* minius *P* amius *R om. La* liminius *Va* limius *Mo* [563] *com. 18* Cui caepe edundod oculus a. p. [564] *fast. 3, 340* caedenda est hortis eruta cepa meis [565] *Varro apud Prisc. gramm. II 204, 5-6* [566] incerte sententie *RVaMo:* sine mercede *PLaAm* [567] institit *PRLaAm:* assistit *Va* insistit *Mo*

C 137

[1] Hec **CERA** -e, unde **cerulus** -a -um flavus ad instar cere, viridis, niger, glaucus; proprie quidem est cerulum viride cum nigro ut est mare; unde **ceruleus** -a -um. [2] Item a cera **cereus** -a -um, quod fit de cera, et hic **cerarius** -rii, qui facit vel vendit ceram vel qui in ea operatur, et hic **cereus** -ei, unde hic **cereolus** diminutivum, [3] et per compositionem hic **primicerius** -rii qui primum cereum portat ante episcopum vel regem de dignitate, unde hec **primiceria** eius dignitas, et hic **ceroferarius** qui cereum portat, ut acolitus, vel qui defert ad vendendum.

[4] Item a cera hec **Ceres** -ris dea frumenti, sed melius dicitur a creandis frugibus, sicut postea dicetur, et hoc **ceroma** -tis quoddam unguentum, quedam confectio ex multis herbis qua palestrite capillos suos inungebant ut essent labiliores, unde Iuvenalis (6, 246-47) 'femineum ceroma quis nescit', unde **ceromaticus** -a -um, idest ceromate unctus, Iuvenalis (3, 68) 'et ceromatico fert niceteria collo'; [5] et hoc **cerotum** -ti, idem vel commixtio herbarum et unguentorum, hec **cerusa** -e quoddam genus coloris; [6] et hee **cerimonie** -niarum festa facta cum cereis, vel dicuntur cerimonie quasi carimonie a carendo quibusdam escis quibus olim Iudei in festis abstinebant, vel quia homines carent usu illarum rerum que in sacrificiis divinis conferuntur, et inde **cerimonia** -orum ipsa sacrificia, et hic et hec **cerimonialis** et hoc -le, idest festus vel religiosus, divinus, sanctus vel sacrificativus. [7] Item a cera hee **ceraunie**[568] -niarum vites vel uve quia sint subrubee ut cera, vel a ceraunos, quod est fulmen, quia rubeant ut ignis, ut postea dicetur.

[8] Item a cera **ceratus** -a -um, et differt a cereus -a -um: cereum est quod totum ex cera constat, ceratum quod litum vel incrustatum est cera, unde et cerate dicuntur tabule in quibus scribitur; et **cero** -as idest cera[569] implere vel linire, et componitur **incero** -ras pro eodem, et producit hanc sillabam 'ce'. [9] Item a cera et ago -gis per compositionem hic **cereasius** -sii, idest pistor, qui ad modum cere deducit pastam, et hic **ceramius** idest figulus, qui sicut ceram ita fingit argillam, et componitur ab eisdem vel a cera et limus. [10] Item a sine et cera componitur **sincerus** -a -um, et hic et hec **sinceris** et hoc -re in eodem sensu, idest sine cera, idest sine mollitie et flexibilitate, scilicet purus, constans, firmus, mundus, sine vitiis. Quod autem dicitur sincerus vel sinceris quasi sine carie, ethimologia est

[568] *cf. Osb. c 698* ceraunia    [569] *om. P*

et non compositionis ostensio. [11] Caveat ergo sibi quilibet in accentuando ista nomina: habet enim utrumque accentum acutum super penultimam; est enim producta penultima in utroque. Quod in sincerus penultima producatur, patet illo versu Oratii (*epist.* 1, 2, 54) 'sincerum est nisi vas, quodcumque infundis acescit'; quod in sinceris[570] penultima similiter producatur, patet[571] illo versu Virgilii in Moreto[572] 'subsedit sincere foraminibusque liquatur emundata ceres'. [12] Ecce, non potest dici quod sincere sit ibi adverbium a sincerus, falsus enim versus esset, sed est terminatio neutri generis istius nominis sinceris, et secundum quosdam ponitur ibi adverbialiter, sed melius legitur ibi nominaliter. [13] Male igitur sine[573] omni excusatione dicitur sinceris penultima correpta, et accentu posito super antepenultimam; est enim ponendus super penultimam procul dubio. Si ergo versus ab aliquo magistro vel potius discolo factus ex solo defectu scientie inveniatur, in quo sinceris penultimam corripiat, abiciatur cum suo auctore 'de libro vite et cum iustis non scribatur'[574]. Sed si quis velit has et alias dictiones de quarum accentu dubitatur recte accentuare, consulat opusculum quod de earum accentu conscripsimus. [14] Et sincerus et sinceris comparatur, unde hec **sinceritas** -tis, idest puritas 'sine fermento malitie et nequitie[575]'.

C 138

[1] **CEROS** grece, latine cornu, inde hic **cervus**, unde hec **cerva**, et hic **cervulus** diminutivum, unde hec **cervula**. Item a cervus **cervinus** -a -um. [2] Item a ceros hic **cerasta** vel **cerastes**, idest serpens cornutus; ceros componitur cum amnis et dicitur pluraliter hec **ceraunia** -orum, idest acutiones et exaltationes undarum in tempestate, quasi amnes cornuti, unde Lucanus (5, 457) 'movitque ceraunia nautis', unde ceraunia dicuntur saxa prominentia in mari ad instar cornuum. [3] Item **ceraunos** grece, latine dicitur fulmen, et inde hee **ceraunie** vites vel uve quia rubeant ut ignis, et hec **ceraunia** -e quedam gemma sic dicta quia alibi non invenitur nisi in loco fulmine icto; [4] et hoc **ceraunium**[576] -nii, nota sic facta: ⚹; et ponitur[577] quando[578] multi versus improbantur[579] nec per singulos

[570]*sic LaVa:* sinceris ibi *PR* [571]liquet *R* [572]*sic Va:* decreto *PRLa; mor. 41-42* subsidit sincera foraminibusque liquatur / emundata Ceres [573]ex *P* [574]*cf. Vulg. psalm. 68, 29* de libro viventium et cum iustis non scribantur [575]*cf. Vulg. I Cor. 5, 8* neque in fermento malitiae et nequitiae [576]*cf. Isid. 1, 21, 21* [577]et ponitur: componitur *P* [578]quandoque *P* [579]imperabantur *P*

obelantur, et hec **ceraunia** -orum prerupte summitates montium dicuntur a crebra[580] fulminatione, quod componitur cum acros quod est mons et dicitur[581] **acroceraunia** -orum, illud idem, quasi montes fulminati, [5] unde et **Ceraunii** vel **Acroceraunii** antonomasice dicuntur montes[582] Epiri propter altitudinem et assiduos iactus fulminum. [6] Ceros componitur cum ege, quod est caper, et dicitur hic **egoceros** -rontis, idest capricornus; componitur quoque cum rinos, quod est naris, et dicitur hic **rinoceros** -rontis pro eodem animali, ut dicunt, vel pro alio, et interpretatur in nare cornu, unde Propheta[583] 'cuius fortitudo ut fortitudo rinocerontis'; dicitur quoque rinoceros pro virili membro quia rigeat vel quia sit unicorne ad instar rinocerontis, unde Iuvenalis[584] 'et magno cum rinoceronte lavari'; [7] componitur cum monos, quod est unum, et dicitur hic **monoceros** -rontis idest unicornis, quia unum cornu in media fronte habeat, et est idem animal quod rinoceros.

## C 139

[1] **CERSON** dicunt Greci terram; inde et ab ydor, quod est aqua, dicitur hic **cersidrus**, quidam serpens qui alternatim modo in terra, modo in aqua moratur, et idem dicitur **chelidrus**[585] et ab eisdem componitur, quasi cersidrus. [2] Lucanus[586] tamen videtur velle quod aliud genus serpentis sit chelidrus quam cersidrus, et secundum hoc componitur a chelon, quod est curvum, et ydor, quia semper curvatur[587] et moratur in aqua, unde et hic **chelidrus**[588] dicitur lignum vel lapis teres et longus et volubilis ad modum illius serpentis, quo area adequatur. [3] Vide quod quidam solent proferre has dictiones corrupte dicentes cersidrus, chelindrus, chilindrus, sed barbarismus est in his omnibus; **chilindrus** tamen invenitur, sed in alia significatione, scilicet quedam figura quadrata sic dicitur in geometria habens superius semiciclum, et dicitur sic a predicto lapide vel serpente propter equalitatem; unde hec **chilindroydes**[589] dicitur umbra equaliter crescens in longum.

[580]a crebra *om. P* [581]*sic* (et dicitur) *La: om. cett.* [582]actiones *P* [583]*Vulg. num. 23, 22* cuius fortitudo similis est rinocerotis [584]*7, 130* magno cum rhinocerote lavari [585]*sic VaMo:* chelindrus *cett.* [586]*9, 711* Chersydros tractique via fumante chelydri [587]et ydor... curvatur: quia et ab idor semper derivatur *P* [588]*sic Mo:* chelindrus *PRVa* chilindrus *LaAm* [589]*sic Mo:* chilindroydos *vel* -drodos *cett.*

C 140
**CERDON** interpretatur corium, inde **cerdo** -nis qui preparat coria, unde Persius (4, 51) 'tollat sua munera cerdo'; **Cerdo** etiam dictus est quidam hereticus, unde **Cerdoniani** dicti sunt quidam heretici.

C 141
**CERINEA**[590], aqua, limpha.

C 142
Hic **CHERUCUS** idest summitas mali, scilicet illud quod ad instar vexilli malo superponitur[591], et secundum ventum movetur: Lucanus[592] 'instabit summis minor ursa cherucis'; quidam tamen dicunt quod cheruci sunt capita et cornua antemnarum vel funes in malo.

C 143
**CERRONES**, leves et inepti.

C 144
[1] **CHERE** interpretatur salve vel gaude, unde et ab a, quod est sine, dicitur **Acheron** -tis amnis[593] infernalis, quia nulla salus, nullum gaudium in inferno, sed perpetuus horror ibi inhabitat. [2] Item a chere hoc **Cerete** -tis, quedam civitas: dum Romani olim militarent iuxta Achiliam[594] civitatem, quesiverunt a civibus quod esset nomen civitatis; illi vero expertes lingue latine, utpote Greci, se a Romanis esse salutatos credentes, responderunt: 'chere', quod est salve. [3] Tunc Romani chere nomen civitatis esse credentes, subtraxerunt **h** et addiderunt hanc sillabam te, et dixerunt hoc Cerete -tis pro nomine civitatis, penultima producta, unde antiqui sumpserunt hoc patrium hic et hec **ceretis** et hoc -te, penultima producta, sed postea idem antiqui causa differentie ad primitivum corruperunt derivatum mutantes e penultimam in i, [4] et dixerunt hic et hec **ceritis** et hoc -te, similiter penultima producta. Postea moderni amplius nomen corruperunt patrium in nominativo isto: masculini et feminini, scilicet ceretis, subtrahentes ti sillabam per sincopam, [5] et dixe-

[590]cervica *R cf. Gloss. V* 564, 52 cerinea nimpha aque [591]*sic La:* supponitur *PRVa* [592]8, 177 instabit s. m. Ursa ceruchis [593]palus *R* [594]*sic La:* Achilinam *R* Achiliriam *PVaMoAm*

runt hic et hec **ceres** et hoc -rete, genitivo ceretis vel ceritis penultima producta; sed causa differentie ad primitivum tam e quam i penultima invenitur in isto nomine correpta apud auctores; cum ergo in primitivo invenitur i penultima correpta, nimis improprie ponitur sola poetica licentia.

C 145

[1] Hic **CHERUB** -bis cherubi cherubem cherub cherube, et pluraliter **cherubim** per omnes casus masculini generis et per m scriptum. Item hoc cherub indeclinabile et in singulari et in plurali pro eodem. [2] Item hic cherubim indeclinabile et masculini generis, et scriptum per m, et tantum singularis numeri et significat unumquemlibet angelorum de illo ordine, et tunc debet dici: 'Sancte Cherubim ora pro nobis'. [3] Item pluraliter hec **cherubin** indeclinabile et neutri generis et tantum in plurali numero et scribitur per n et significat illum ordinem angelorum, et tunc debet dici 'Sancta Cherubin, orate pro nobis', sed secundum propriam[595] declinationem potest dici 'Sancti Cherubim, orate pro nobis'. [4] Et interpretatur plenitudo vel multitudo scientie, quia illi angeli, vicinius Deo positi, divina scientia amplius ceteris pleni sunt.

C 146

**CHERINTIANI** quidam heretici a Cherinto quodam dicti: hii inter cetera circumcisionem observant, mille annos post resurrectionem in voluptate carnis predicant futuros, unde et grece Chiliaste, latine Millitiani[596] sunt appellati.

C 147

Hec **CERASUS** -si civitas fuit Ponti; quam civitatem cum Lucullus delevisset, quoddam genus pomi inde advexit; et dicta est arbor hec **cerasus**, fructus hoc **cerasum**, vel dicitur cerasus a Cerite oppido.

C 148

Hic **CERATIM** indeclinabile, quoddam pondus scilicet media pars oboli habens siliquam unam[597] et semis: hunc Latini semiobolum vocant; ceratim autem grece, latine siliqua cornuum[598] interpretatur.

[595]*sic Va:* primam *PRLa* [596]*cf. Isid. 8, 5, 8* Miliasti [597]siliquam unam: silvinam *P* [598]*sic codd. nec non codd. Isid. 16, 25, 10*

C 149
**CERCILUS**, navicula.

C 150
[1] **CERNO** -is crevi cernere cretum, idest videre, considerare, proponere, iudicare, statuere, unde **cretio** -nis iudicatio vel certus numerus dierum in quo institutus heres vel adit hereditatem vel finito tempore cretionis excluditur, et dicitur cretio quasi decretio, quia ita decernitur vel constituitur. [2] Item a cerno **creticus** -a -um ut 'creticus dies' in quo sumitur iudicium infirmitatis, et hic **creticus** idest iudex, et **cernuus** -a -um idest inclinatus et in capite ruens, et **cernulus** -a -um, idem vel ingeniosus; **cernui** etiam dicuntur socii sine solo, et hec **cernida** lignum super quod ducitur taratantara, et cernida dicitur taratantara, quia discernit pollinem a furfure[599].

[3] Item a cerno -nis hic **crinis** -nis, et sunt crines proprie mulierum, sic dicti quia vitis[600] discernantur; et ita quantum ad vocem crinis descendit a cerno, sed quantum ad significationem potius a discerno; unde hic **criniculus** -li diminutivum, et hic **Crinius** idest sol propter radios quos habet vice crinis, et **crineo** -nes verbum neutrum, idest habere crines, unde **crinesco** -scis inchoativum.

[4] Item a crinis **crinitus** -a -um, idest magnos habens crines; crinis etiam dicitur alio modo hic **cirrus** cirri, quod et pro plicatura dicitur capillorum, a cirin, quod est tondere, unde Prudentius in Sicomachia[601] 'crinibus extructos augent ut addita cirros'; et inde **cirratus** -a -um, idest crinitus, unde Persius[602] 'ten cirratorum centum dictata fuisse pro nichilo pendas', [5] et hec **cirris** -ris quedam avis scilicet alauda, unde Ovidius Metamorphoseos in nono[603] 'in avem mutata vocatur cirris'. Et nota quod cirrum Greci vocant mallonem.

[6] Item a crinis vel cirrus hec **crista**, quod eminet[604] super galeam et super capita quarundam avium, unde **cristatus** -a -um, idest crista ornatus vel qui magnam habet cristam. Invenitur etiam cristatus idest galeatus. Item a crinis hic et hec **crinalis** et hoc -le, et hec **crinalis** -lis idest acus qua crines aptantur, et hic et hec **crinior** -ris idest crine prolixior.

599 sulfure *P* 600 *cf. Isid. 11, 1, 31* vittis 601 *psych. 184* crinibus, extructos augeret ut addita cirros 602 *1, 29-30* ten cirratorum c. d. fuisse / pro nihilo pendes (pendas *v. l.*) 603 *8, 150-51* in avem m. vocatur / ciris 604 *sic Va:* manet *PRLa*

[7] Item a supino huius verbi cerno, scilicet cretum, et do das componitur **credo** -dis -didi: est enim credere dare cretum, idest considerationem super aliquam rem, vel dare cretum idest inclinare animum ad cernendum quod ita sit ut dicitur, unde verbalia, et hic et hec **credibilis** et hoc -le, quod credi potest, et comparatur; et componitur hic et hec **incredibilis** et hoc -le, quod similiter comparatur.

[8] Item a credo **credulus** -a -um, qui semper facile credit, unde hec **credulitas** -tis, et componitur **incredulus**, qui numquam vel vix credit, et hic **creditarius** -rii, idest consiliarius vel camerarius, cui secreta creduntur, unde Iosephus in sextodecimo[605] 'alter lectuli regis[606] creditarius', unde hec **creditaria** idest cameraria; [9] credo componitur **concredo** -dis simul credere, et **discredo** -dis rem non credere, unde Iosephus in secundo[607] 'Phutiphares neque lacrimis uxoris neque his que dicebantur discredebat'. Et credo est activum cum omnibus suis compositis.

[10] Item cerno componitur cum silex et dicitur hic **silicernus** -ni, quod et[608] hic **silicernius** -ii dicitur, idest moribundus, scilicet similis mortuo, quasi silicem, idest sepulcrum cernens. [11] Terentius in Adelphis[609] 'Ego te hodie exercebo silicernium ut dignus es'; vel dicitur silicernus senex, vetus, incurvus propter senectutem, vicinus morti, quia consideret silicem sepulcri vel quia propter curvitatem cernat terram; et silicernus ponitur quandoque pro firmo et duro ut silex, ut in Fisiologo[610].

[12] Item cerno componitur **concerno** -is, idest simul cernere, **discerno** -is idest dividere, separare, unde **discretio** et alia verbalia, et hoc **discerniculum** -li idest ornamentum virginale vel acus cum qua discernit, idest dividit capillos; [13] et hoc **discrimen** -nis, aliquando periculum vite et capitis, aliquando differentia, separatio in duo, unde hic et hec **discriminalis** et hoc -le quod dividit, et hoc **discriminale** -lis, et sunt proprie discriminalia quibus crines divisi religantur, quia caput auro[611] discernant vel capillos inter se; et **discrimino** -as dividere, separare.

[14] Item componitur **decerno** -is, idest iudicare, proponere, deliberare, statuere, confligere, unde **decretus** -a -um, et hoc **decretum** -ti, idest

[605] *Cassiod. Ios. antiq. 16 p. 467, 32-33* alter vero l. r. creditarius [606] *sic Va: om. PRLa* [607] *Cassiod. Ios. antiq. 2, 58* Petefres autem neque lacrimis uxoris neque his quae dicebat illa vel videbat ipse discredens [608] quod et: vel *R* [609] 587 ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium [610] *Theob. 3, 22* [611] *scripsi coll. Isid. 19, 31, 8:* a viro *PLaVaMoAm* a victa *R*

statutum patrum, unde hic et hec **decretalis** et hoc -le, ut dicta decretalia que in decretis continentur; et hic et hec **decretista** -ste qui studet in decretis; pluraliter hec **Decreta** -torum pro libro in quo continentur decreta.

[15] Item componitur **secerno**[612] -is idest separare, et differt a discernere: discernit qui in duas partes dividit, secernit qui ex[613] multis aliquid seorsum eligit; unde **secretus** -a -um, et **secretim** adverbium, et hoc **secretum** -ti, et hic **secretarius** -rii, et hoc **secretarium** -rii locus ubi dantur vel servantur secreta. [16] Cerno et composita ab eo sunt activa; decerno tamen pro confligere est neutrum. Item cerno differt a video, quia cernimus longinqua, videmus proxima. Item cerno et composita ab eo faciunt preteritum in crevi et supinum in cretum, sicut cresco et composita ab eo.

[17] Item a cerno **certus** -a -um; proprie enim certus dicitur[614] qui cernit rem de qua certificatur, licet quandoque[615] et ad animum referatur; et comparatur certior -simus, unde **certe** -tius -sime adverbium, et hec **certitudo** -nis, et a certior -oris **certioro** -as verbum activum, idest certificare, licet et comparative possit teneri ex vi primitivi sui, ut dicatur 'ille me certificavit sed ille certioravit', idest magis me certum reddidit.

[18] Item a certus hic **cerdo** -nis idest parmentarius, sed potius derivatur a greco, ut prediximus; et **certo** -as idest litigare, pugnare; certi enim solemus litigare; unde verbalia, et hoc **certamen**, et **certatim** adverbium, et per compositionem hic **cercopa** -e, idest certator, et dicitur cercopa idest certans copiose. [19] Certo componitur **concerto** -as, idest simul vel cum alio certare, **decerto** -as, idest valde certare, **recerto** -as, idest iterum certare; certo -as et ab eo composita omnia sunt neutra.

[20] Item certus componitur **quamcertus**, idest valde certus; **certifico** -as, facere certum, et est activum; **incertus** -a -um, idest non certus, et comparatur, unde **incertitudo** -nis.

C 151

Hoc **CEREBRUM** -bri, unde **cerebellum** parvum cerebrum, et **cerebrosus** -a -um iracundus vel qui vitium habet in cerebro.

C 152

[1] Hic **CESPES** -tis idest terra cum herbis avulsa[616], vel frutex vel vir-

[612] decerno *P* [613] *om. P* [614] *om. P* [615] *om. P* [616] *om. P*

gultum, et dicitur sic quasi circa pedes; unde **cespito** -as idest fodere vel cadere, unde et equi qui sepe cadunt **cespitatores** dicuntur. [2] Item a cespes hec **cuspis** -dis proprie posterior pars haste dicitur, tamen quandoque cuspis ipsa hasta, quandoque summitas haste, quandoque hastile amentatum; sed proprie, ut dictum est, dicitur posterior pars haste[617] a cespite quasi a virgulto; [3] et componitur hic et hec **tricuspis** -pidis, ut 'tricuspis lancea' que habet tres cuspides; quod, quamvis inveniatur iunctum cum neutro in obliquis, ut 'tricuspide telo', tamen tantum est communis generis et per figuram neutro iungitur.

C 153
Hoc **CETERATES** -tis, aeris mobilitas.

C 154
**CETHURA** proprium nomen hominis et timiama interpretatur.

C 155
Hoc **CEUTRUM** idest os quod in collo est, quod crotholla dicitur.

C 156
[1] **CEVEO** -ves -vi, verbum neutrum et caret supino, idest culum movere, sicut faciunt in concumbendo, et est proprie cevere quod homines faciunt[618] superius, sicut crissari quod faciunt mulieres inferius; [2] vel cevere est virorum inter se, crissari mulierum inter se. Iuvenalis (2, 21) 'ego te ceventem, Sexte, verebor'.

C 157
Hic **CIATHUS** -thi vas est ad bibendum et XII ciathi faciunt unum sextarium.

C 158
**CIANE** quedam nimpha mutata fuit in fontem sui nominis, unde et aqua illa dicitur **Ciane**; et **Ciane** est nomen loci iuxta mare; unde **cianeus** -a -um, et hec **cianea** quedam gemma cerulei coloris vel[619] nitoris.

[617] *om. P* [618] *om. P* [619] coloris vel *om. R*

C 159

[1] Hic **CIBUS** derivatur a capio; quod autem dicitur cibus quasi captus ore, quia capiatur ore[620], ethimologia est, non compositionis ostensio[621]; et inde **cibosus** -a -um idest cibo plenus et comparatur, [2] unde hec **cibositas** plenitudo ciborum, et hoc **ciborium** -rii quoddam vas ad cibos deferendos, unde Oratius in Odis[622] 'oblivioso levia Massico ciboria explere'; et hoc **cibutum** -ti idest archa cibaria, [3] et **cibo** -as cibum dare, unde verbalia, et **cibatorius** -a -um, et hic **cibatus** -tus -tui idest comestio, unde Macrobius De Saturnalibus[623] 'in hoc convivio fabulemur, non de cibatu tantum', [4] et hoc **cibarium** idest cibus, et **cibarius** -a -um quod pertinet ad cibum, et pluraliter **cibe** -barum, idest tessere quadrate, scilicet taxilli, [5] et hec **cilliba** -be mensa cibatoria que et assidella dicitur, vel derivatur a cilleo, quod[624] postea dicetur, et **Cibeles** -lis idest mater deorum, scilicet terra, que cibaria confert, sed melius postea derivabitur[625] a cubon quod est solidum; [6] cibo componitur **concibo** -as idest simul cibare, **decibo** -as idest valde cibare vel cibum auferre, **excibo** -as idest perfecte cibare, **percibo** -as in eodem sensu, **recibo** -as idest iterum cibare, **succibo** -as idest latenter vel parum cibare; [7] cibo et omnia composita ab eo sunt activa et corripiunt hanc sillabam ci[626].

C 160

[1] Hic **CICUR**[627] -ris prudens, gnarus, cautus, astutus, vafer, placidus, mansuetus, unde **cicuro** -ras idest prudenter vel mansuete se continere vel militare, mansuefacere, [2] et hic **cicuris** -ris, idest porcus natus ex apro silvestri et domestica porca.

C 161

[1] Hec **CICONIA** -e dicitur a sono quo crepitat quasi cicania, qui sonus potius est oris quam vocis, quia cum quaciente rostro faciunt, [2] unde et ciconiam, quod et **ciconium** dicitur, vocant Yspani lignum longum quo in ortis hauriunt aquam, quia imitatur naturam illius avis levantis et deponentis rostrum dum clangit; eundem ortulani telonem vocant. Tale lignum invenitur modo super quosdam puteos cum catena ferrea.

[620]*om. P* [621]compositionis ostensio: compositio *P* [622]*carm.* 2, 7, 21-22 oblivioso levia Massico / ciboria exple [623]7, 4, 1 haec apta convivio fabulemur, nec de cibatu tantum [624]sicut *R* [625]*sic LaVa:* derivatur *PR* [626]et corripiunt... ci *om. P* [627]cintur *P*

C 162
Hoc **CICUM**, granum mali punici vel umbilicus lupini.

C 163
Hec[628] **CICLOPEA**[629] dicuntur profugia aut auxilia.

C 164
**CICUMA** avis, noctua.

C 165
**CICINUS**, idest cignus.

C 166
[1] **CICADE** ex cuculorum sputo nascuntur, unde dicuntur; vel dicuntur sic a sono quem faciunt, et secundum Servium non durat vita illarum nisi per diem, [2] unde quidam[630] 'mors et vita dies una, cicada, tibi', sed aut mentitur aperte, aut alia animalia vocavit cicadas quam nos vocemus.

C 167
Hec **CIDARIS** pilleus pontificalis et, ut dicunt, mitra; cidaris et tiara idem est.

C 168
Hic **CIDON** -nis, puerorum amator.

C 169
**CILIA** venter, unde **ciliacus** qui in ventre habet passionem.

C 170
**CILLONES** sine aspiratione dicuntur homines angusti capitis, quorum capita sunt oblonga.

C 171
[1] **CHILE** cum aspiratione est labium, unde **chilones** cum aspiratione

[628]*sic La:* hi *P om. RVa* [629]ciclopea *RMo:* cliplea *P* ciplea *La* cicoplea *VaAm cf. Gloss.*$^{L}$ *I Ansil. CI 53* [630]*cf. Walther 15146c*

homines brevioribus labiis vocantur; et inde per compositionem **Achilles** -lis, quia grossa habuit labia, [2] et hic **Achilleus** -ei pro eodem, et est diptongus 'eu' in nominativo, et ita nominativus est trisillabus, genitivus vero est tetrasillabus, nam 'ei' ibi diptongus non est; et **achilleus** -a -um, penultima producta, possessivum. Et vide quod Achilleus proprie, mutata eu in e, dicimus Achilles, a quo nominativo in vocativo[631] dicitur Achilles vel Achille; [3] et similiter contingit in his nominibus Ulixes, Aiaces et similibus, et dativi istorum sepe ponuntur pro genitivis, ut Achilli vel[632] Ulixi pro Achillis, Ulixis; et ex hoc, et ex eo[633] quia invenitur Achille, Ulixe in vocativo, voluerunt quidam idiote declinare hic Achillus -li et hic Ulixus -lixi, quod sine dubio nichil est.

[4] Item **cile** est quedam figura que apud Grecos representat mille, a quo et archos, quod est princeps, dicitur hic **ciliarcha** -e, qui mille preest militibus, quem nos millenarium vocamus; [5] Ambrosius[634] 'intervenientibus centurionibus et ciliarchis temperatum est a nece'. Item a chile, quod est labrum, et an quod est circum, dicitur hoc **anchile** -lis, scutum rotundum quod cecidit de celo, Numa sacrificante, quasi circumcirca labrosum.

C 172

[1] Hic **CILIX** -cis filius fuit Agenoris, qui cum sororem suam quereret Europam et eam invenire non posset et de interdicto patris in patriam redire non auderet, quandam provinciam iuxta mare inhabitavit, a cuius nomine dicta est **Cilicia**, unde derivatur hic et hec **Cilix** -cis gentile; [2] et hoc **cilicium** dicitur velamentum factum de pilis capratum vel taxorum, unde tentoria fiunt et mortui operiuntur, unde **cilicinus** -a -um, ut 'cilicina vestis', que fit de cilicio.

C 173

[1] **CILLEO** -les -lui verbum activum, et caret supino, idest movere, unde hec **ciliba** -e mensa cibatoria quia finita comestione removetur, et hoc **cilum** -li pellicula que operit oculum, quia semper sit in motu, unde **cilium** ordo pilorum illius pellicule, sed hec superius diximus derivari a celo -as; [2] cilium componitur hoc **supercilium**, et **intercilium**, de quibus iam precessit sermo; et hoc **domicilium** -lii fastigium domus, quod et

[631]nominativo *P* [632]*om. P* [633]et ex eo *om. P* [634]*Heges. 4, 30, 1 p. 289, 15-16* intervenientibus centurionibus et chiliarchis (ciliarchis *u. l.*) a nece quidem eius temperandum

pro ipsa domo, hospitio, habitatione invenitur; [3] et **concilium** -lii componitur a con et cilium quadam similitudine ciliorum, quia, sicut cilia iunguntur cum oculi quiescere cupiunt[635], ita quoque concorditer iunguntur homines in concilio, et est tractum ex romano more; [4] tempore enim quo cause agebantur, conveniebant omnes in unum et communi intentione tractabant, unde et concilium a communi intentione et a communi conventione dictum est, quasi consilium; unde **conciliabulum** quasi consiliabulum, locus in quo accipimus consilia vel locus in quo multi homines sunt sui iuris; [5] unde **concilio** -as amicum et concordem facere, coniungere, sociare, translatare, quasi cilia coniungere, et nota quod maioribus minores conciliantur et non e contrario; et componitur **reconcilio** -as: conciliantur novi amici, reconciliantur veteres. [6] Item conciliamur Deo quando primum a gentilitate convertimur, reconciliamur quando post peccatum penitendo regredimur; et est concilio activum cum omnibus suis compositis.

[7] Item cilleo componitur cum os oris et dicitur hoc **oscillum** -li, quoddam genus ludi, scilicet cum funis suspenditur de trabe, in quo pueri et puelle sedentes impelluntur huc et illuc; [8] et inde dictum est oscillum quia ibi ora moveantur huc et illuc, vel quia ora astantium moveantur ad risum, vel quia soleant impelli in ora transeuntium. Et iste ludus sumpsit initium ab Atheniensibus, qui cum pestilentia laborarent pro morte Ycari et Erigones filie eius, hac scilicet pestilentia quod virgines quodam furore ad laqueos compellebantur et responsum datum est eis ab Apolline illam pestilentiam posse sedari si Erigones et Ycari cadavera requirentur. [9] Que cum diu quesita non reperirentur, ad ostendendam devotionem suam Athenienses, ut etiam in alio viderentur querere elemento[636], suspendebant funes in aere, ad quos se[637] suspendentes agitabantur huc et illuc ut in aere cadavera eorum querere viderentur; sed, cum inde sepe caderent et morerentur, conventum[638] est ut formas ad similitudinem sui facerent et eas pro se suspensas moverent, unde et oscilla dicta sunt, quia in eis cillerentur ora, idest moverentur.

[10] Item a cilleo hic **Cillenius**, Mercurius, propter celeritatem motus, vel dicitur sic a Cilleno monte vel a Cillene civitate in qua colitur; unde **cillenius** -a -um, idest mercurialis. [11] Item componitur cilleo cum furca et dicitur **furcilles**[639], de quibus postea melius tractabimus.

[635]*sic LaVa:* capiunt *PR* [636]in alto *P* [637]*om. P* [638]inventum *R* [639]cum furca... furcilles: cum fur et dicitur furca et furcilles *R*

C 174
Hec **CIMEDIA**[640] -e, quidam piscis, unde et hec **cimedia** dicitur quedam gemma candida que in cerebro illius invenitur[641].

C 175
Hoc **CYMINUM**[642], genus pigmenti, quod vulgo dicitur cuminum.

C 176
Hec **CIMIA** vel **CIMICIA**[643] dicitur quedam herba que valde fetet. Unde hic **cimex** -cis, animal valde fetidum, unde **cimicosus** -a -um, plenus cimicibus. Et proprie iste vermis, scilicet cimex, nascitur in carne putrida, tinea in vestimentis, eruca in olere, teredo in ligno, tarmus in lardo.

C 177
Hoc **CIMINILE** -lis, vas aquatile ad abluendas manus, ut dicitur, bacinum.

C 178
**CIMIS** grecum est et interpretatur dulcis, a quo et sterion, quod est statio, componitur **cimiterium** quasi cimisterium, idest dulcis statio animarum; vel dicitur cimiterium quasi cinisterium, quia ibi cinis mortuorum teritur; vel dicitur cimiterium a cis, quia cis, idest ante, ecclesiam solet fieri; vel dicitur sic quasi circumtritum, pro fossis mortuorum ibi factis; unde **cimiteriolum** -li diminutivum.

C 179
Hec **CINUS** -ni, genus arboris, ut dicunt, lentiscus.

C 180
[1] Hic **CINNUS** -ni, idest tortio oris; et **cinnus**, idest mixtio quarumlibet rerum proportionalis. [2] Et componitur **concinnus** -a -um, concors, affabilis, benignus, in quo mores concorditer commixti et compositi sunt, et comparatur -nior -simus; unde **concinne** -nius -sime adverbium et hec **concinnitas** -tis, concordia, congruitas; [3] et per composi-

[640]*cf. Isid. 16, 10, 8* cinaedia *sed cf. v. l.* [641]que... invenitur *om. P* [642]cyminium *P* [643]cimina *P*

tionem **inconcinnus** -a -um, idest incongruus, nulli concors, in quo discordant mores inter se et ab aliis, et comparatur -nior -simus, unde **inconcinne** -nius -sime adverbium et hec **inconcinnitas** -tis, idest incongruitas. [4] Item a concinnus **concinno** -as, idest commiscere, componere, ordinare, preparare, ut (Vulg. *psalm.* 49, 19) 'concinnabat dolos', idest commiscebat.

C 181

[1] **CINGO** -gis -xi cinctum, unde verbalia, et **cinctim**, idest strictim, consertim, adverbium; [2] et hec **cinctura** -e, et actus cingendi et id quod cingimus, et hic **cinctus** -ti, idest lata zona; [3] et hoc **semicinctium**, per compositionem a semis et cinctus, est zona minus lata; [4] et utraque minor dicitur hoc **cingulum** -li, quod fit a cincto per diminutionem, quod et hic **cingulus** invenitur, unde hec **cingula** -e; et est cingulum neutri generis hominum, cingula feminini generis aliorum animalium. [5] Et a cingulum hic **cingulatus** -ti, quoddam genus calciamenti, et vocantur cingulati a quibusdam foliati.

[6] Item a cingo hoc **cinctorium** -rii, quo cingimur[644], et **Cinxia** -e, idest Iuno; et dicitur sic quia in eius honore et omine[645] puelle maritate cingerentur[646] cum illis nubentibus presit[647]; unde Martianus[648] 'Unxiam[649] te Cinxiamque debent mortales puelle nominare'. [7] Item a cingo per compositionem hec **incincta**, idest pregnans, quasi sine cinctu, quia precingi fortiter uterus non permittit. [8] Cingo componitur **accingo** -gis, valde cingere, preparare, adornare; **circumcingo** -gis; **discingo** -gis; **incingo** -gis, idest valde cingere; [9] **precingo** -gis, idest ante vel ab anteriori parte vel sursum cingere; **recingo** -gis, idest discingere; [10] **succingo** -gis, subtus cingere, unde hoc **succinctorium** quo succingimur; et nota quod accingimur bellaturi, precingimur ituri, succingimur ministraturi[650]. Cingo et composita ab eo sunt activa.

C 182

[1] **CYNE** grece, latine eniti et cingere; unde hec **cuna** -e, quasi cyna, scilicet lectulus[651] in quo pueri iacere consueverunt: idem et alio nomine

[644] *sic VaMo:* cinguntur *PR* cingimus *La* [645] nomine *R* [646] *sic codd. nec non Osb. C lxv* 6 [647] possint *P* [648] *2, 149* Unxiam, Cinctiam mortales puellae debent in nuptias convocare [649] *sic Mo:* unxias *cett.* [650] ministraturi unde ad pugnat it pre subque ministrat *R* [651] lectus *R*

dicitur crepundium; et dicitur sic quia partui soleat adhiberi, vel quia puer in eo iacet cinctus; unde **cunabulum**, illud idem, quasi cynabulum; [2] et etiam cunabulum dicitur tempus in quo puer iacet[652] in cunabulo, et componitur hoc **incunabulum**, idem quod cunabulum. [3] **Cuna** etiam dicitur dea paganorum que cunam infanti dicitur administrare.

C 183

**CINTUS**, mons Deli insule in qua colitur Phebus et Diana; unde Phebus dicitur **Cintius** et Luna vel Diana **Cintia**, et adiective potest declinari **cintius** -a -um.

C 184

Hoc **CINABARIM** genus est coloris, scilicet pulvis rubri coloris et dicitur sic a dracone et barro, idest elephanto. Aiunt enim draconum esse sanguinem dum implicant elephantos: ruunt enim barri et dracones obruuntur, quorum cruor fusus terram inficit et fit illud pigmentum.

C 185

Hec **CINCIO** -nis, quedam regio.

C 186

**CYMBALA** acitabula quedam sunt que percussa invicem se tangunt et faciunt sonum, sic dicta quia cum ballematia simul percutiuntur.

C 187

**CINOTH** grece, latine dicitur lamentatio Ieremie prophete.

C 188

Hec **CINOSURA** -re fuit quedam civitas Archadie de qua fuit[653] Archas[654] filius Calistos, qui fuit translatus in minorem ursam, unde et ipsa dicitur Cinosura.

C 189

Hic **CINIPHES**[655] -phis, ut dicunt[656], est maior hyrcus, vel, quod

[652]pueri iacent *R* [653]fuit que fuit *P* [654]*sic VaMoAm:* arcase *P* arcochas *RLa*
[655]cinips *hic et infra P* [656]ut dicunt *om. P*

melius est, **Ciniphes** fluvius[657] est Libie iuxta quem magni abundant hyrci; unde **ciniphei** dicuntur maiores hyrci, licet adiectivum sit quandoque generaliter hyrcorum et caprorum[658] **cinipheus** -a -um.

C 190
**CIANUS**[659], mulier.

C 191
**CIO** -nis, gens quedam Tuscie.

C 192
[1] **CIO** cis et **cieo** -es idem habent preteritum, scilicet civi, et idem supinum, scilicet citum -tu, nisi quod secundum hoc quod descendit a cio quatte coniugationis producit penultimam, secundum quod descendit a cieo secunde coniugationis corripit eandem, quod ex compositis[660] melius liquebit.

[2] Item cio et cieo eandem habent significationem, scilicet vocare, movere, commovere, congregare; cieo cies tamen accipitur in alia significatione, scilicet festinare, properare, in qua non accipitur cio. [3] Et a cieo pro festinare **citus** -a -um, idest velox et agilis, vivax, unde Terentius[661] 'citus puer natus est e Pamphilo', et comparatur -tior -simus; unde **cito**[662] -tius -sime adverbium. [4] Et componitur **percitus** -a -um, idest valde citus, quod in predicto exemplo Terenti legi potest, [5] et hec **citocacia**, quedam herba que cito ventrem purgat, quam vulgus corrupte **citicaciam** vocat, [6] et hec **citrus** -tri, quedam arbor, quia cito[663] surgat, et inde **citreus** -a -um, idest de citro factus, unde Persius (1, 52-53) 'et quidquid denique lectis scribitur in citreis', et **citrosus** -a -um, idest crispus et decorus; [7] unde et hec **citrosa** dicitur vestis quasi concrispa ad similitudinem citri, unde Nevius (*carm.* frg. 10) 'pulchram ex auro vestemque citrosam'.

[8] Item a citus, **cito** -as, idest festinare, vel sit frequentativum huius verbi cieo secundum predictam significationem. [9] Unde **citatus** -a -um, idest velox, et comparatur -tior -simus, unde Statius Thebaidos (1, 92) 'et licet igne Iovis lapsisque citatior astris'; et inde **citate** -tius -sime adverbium et **citatim**, idest cito, mobiliter, agiliter, similiter adverbium. [10]

[657]-men *P* [658]-arum *R* [659]cionus *RLaAm* cinonus *Va* cinus *Mo* [660]in expositis *P* [661]*Andr.* 486 scitus puer est natus Pamphilo [662]cite *R* [663]*om. P*

Et nota quod cito -tas potest esse frequentativum a cio et cieo secundum quod idem significant et tunc composita varie proferuntur: nam si descendunt a cio producunt penultimam, si a cieo corripiunt eandem. [11] Componitur ergo **èxcito** -as vel **excìto** -as, vel magis hec sunt derivata ab excieo vel excio sicut dicetur.

[12] Item componitur **concito** -tas, unde hoc **concitarium**[664], donum imperatoris, quia excitat animos militum ad obediendum ei. [13] Item componitur **ìncito** -as vel **incìto** -as idest commovere, provocare, instigare[665], unde verbalia et hoc **incitamentum** -ti et hoc **incitabulum** -li, idest incitatio; unde Plato[666] 'incitabulum ingenii est et virtutis si mens et corpus hominis vino flagret'. [14] Item componitur **recito** -as; **suscito** -as, a susum vel sursum et cito -as, quod componitur **resuscito** -as: in istis tribus solemus tantum corripere penultimam et non producere. [15] Item cieo et cio componuntur cum ad et dicitur **accieo** -civi accitum et **accio** -cis -civi accitum, idest advocare, appellare. Sed antiqui in tali compositione solebant mutare d prepositionis in r dicentes arvolare, arvene[667], arcio, sed nos dicimus advolare, advene[668], accio[669], d mutantes in compositione in c sequente c: sic ergo dicitur accio -cis secundum modernos, arcio -cis secundum antiquos et in eodem sensu. [16] Et ab utroque istorum descendit verbum desiderativum in -so; ab arcio antiquo deberet dici arcesso -sis, sed quia arcesso[670] descendit ab arceo ideo, causa differentie, mutatum est primum s in r in eo quod descendit ab arcio antiquo, et dicitur[671] **arcerso** -sis. [17] Item ab accio moderno descendit **accesso** -sis, sed quia ab accedo -dis accessi descendit similiter accesso, causa differentie, in eo quod venit ab accio mutatum est primum s in r et dicitur **accerso** -sis. [18] Inveniuntur ergo arcerso ab arcio, arcesso[672] ab arceo, accerso ab accio, accesso ab accedo.

[19] Invenitur adhuc aliud verbum derivatum ab accerso et est quarte coniugationis et in eadem significatione cum eo et habet r in antepenultima sillaba, scilicet **accersio** -sis; unde in divina pagina[673] 'vade et accersi

[664]*sic VaMo nec non Balb.*: conciliarium *PR* concitatorium *La* concitorium *Am* [665]instinguere *R* [666]*Macr. Sat. 2, 8, 4* aestimavit fomitem esse quendam et ignitabulum ingenii virtutisque si mens et corpus hominis vino flagret; *cf. Gell. 15, 2, 3* [667]arvenire *R* [668]advenire *R* [669]*sic La*: adcio *PR* [670]*sic VaMoAm*: sed... arcesso *om. P* quia arcesso *om. R* arcesso *om. La* [671]et d.: deberet dici *P* [672]accerso *P* [673]*Vulg. act. 10, 5* mitte viros in Ioppen et accersi Simonem

Symonem[674]'. [20] Et vide quod predicta desiderativa sunt tertie coniugationis et habent preterita et supina ad modum quarte: quilibet ergo caveat in coniugatione et declinatione et prolatione istorum verborum. Nam maior pars etiam magistrorum peccat sine dubio circa hec, sed ita est distinguendum ut distinximus.

[21] Item componitur cieo vel cio **concieo** -es -civi concitum et **concio** -cis -civi -citum, idest commovere vel convocare; [22] unde hec **concio** -nis, idest convocatio, unde **concionor** -aris, idest populum alloqui, unde hoc **concionabulum** -li, idest concilium vel locus conciliorum; unde in decretis Innocentii pape[675] 'si statim cedens de eius pessimo concionabulo'; [23] et **excieo** -es -civi excitum, idest vocare[676] vel commovere, unde **excito** -as penultima correpta, unde potest dici (Vulg. *psalm.* 79, 3) 'èxcita domine potentiam' et cetera; item **excio** -cis -civi -citum penultima producta, unde **excito** -as penultima producta et ideo potest dici congrue: 'excìta domine potentiam' et cetera. [24] Item componitur utrumque **incieo** -es -civi -citum, idest vocare vel commovere, provocare, et **incio** -cis -civi -citum. [25] Cieo et cio et composita ab eis omnia sunt activa nisi quod cieo pro festinare est neutrum et omnia faciunt preteritum in -civi et supinum in -citum. Item cieo et composita ab eo corripiunt penultimam in supino et in participio preteriti temporis; cio et eius composita eam producunt.

C 193

[1] **CHIOS** insula lingua Syra dicitur, quia ibi mastix gignitur: Syri enim masticem chion vocant. Et inde **chius** -a -um, penultima producta, que in primitivo corripitur. [2] Item **chios** dicitur filius, a quo et eu, quod est bonum, dicitur per compositionem hic **Euchius** scilicet Bacchus, idest bonus filius, quo nomine eum Iuppiter nominavit cum gigantem interfecit; vel potius componitur Euchius ab eu et yos quod est filius et interponitur ch.

C 194

[1] Hec **CIPRUS**, quedam civitas, unde et insula in qua est dicta est Ciprus. Vel **cipros** interpretatur mixtura, unde et illa insula dicta est Ciprus quia multe et varie herbe ad confectiones faciendas[677] in ea repe-

[674]sermonem *P* [675]*non repperi; cf. Osb. c 252* [676]provocare *R* [677]ad... faciendas *om. P*

riuntur; [2] unde **cipricus** -a -um et[678] **ciprius** -a -um a quo **cipriacus** -a -um. [3] Item a Ciprus hec **cipra**[679] -e; genus coloris est, quia ibi valde abundet; et hec **Cipris** -pridis, idest Venus, quia in ea colitur. Eadem insula dicitur et Paphus.

C 195

[1] **CYROS**, manus[680]. [2] Item a ciros per compositionem et ago -gis hic[681] **cirugicus** -ci, idest medicus manu et ferro precisionem operans, et **cirugicus** -a -um, unde hec **cirugia** -e, ipsa manuum eius operatio. [3] Item a ciros hic **Chiron** -nis, quia cirugicus fuit et inventor medicinarum iumentorum, unde et fingitur fuisse dimidia parte homo et dimidia equus; [4] et hec **ciragra**, manuum infirmitas, sicut podagra dicitur infirmitas pedum: a cyros vel pos, quod est pes, et agros quod est contractus, cum manus vel pedes contrahuntur; vel componuntur ab agrios quod est ferum[682]; inde podagra et cyragra quasi a fero dolore quia quod[683] inmite est abusive agreste vocamus; unde Persius[684] 'cum nodosa ciragra fecerit articulos'; [5] et hec **ciroteca** -ce per compositionem, idest manuum tectura vel repositorium, a ciros et tego -gis vel teca quod est repositio, scilicet scrinium vel aliud ubi aliquid reponitur, unde hic **cirotecarius**, qui eas facit vel vendit, et **cirotecarius** -a -um.

[6] Item a cyros et graphia, quod est scriptura, hoc **cirographum** et hic **cirographus**, scilicet conscriptio manuum, scilicet cautio que fit propria manu debitoris, et differunt a syngrapho[685] sicut postea dicetur; unde **cirographo** -as verbum activum, idest cyrographum facere vel scribere caracteres. [7] Item ab an, quod est circum, et cyros dicitur hec **anchora** -e, scilicet quoddam instrumentum nautarum ad retinendas naves, quasi circum manuta, quia habeat undique uncos ad capiendas arenas vel lapides in similitudine manuum; unde **anchoro** -as, anchora ligare et firmare; et componitur **exanchoro** -as, anchoram evellere, navem dissolvere. [8] Item cyros componitur cum en, quod est in, et dicitur hic **enchiridion**, liber manualis vel instrumentum medicorum sic dictum quia manu astringatur dum plura[686] contineat ferramenta, scilicet similariam, angistrum, spatomedem, guviam vel guvam.

[678]cipricus... et *om. P* [679]*sic codd.:* cipria *Isid. 19, 17, 10* [680]interpretatur manus *R* [681]dicitur hic *R* [682]ferum agreste *R* [683]*scripsi collato Balbo: om. codd.* [684]*5, 58-59* cum lapidosa cheragra / fregerit articulos [685]*scripsi (cf. G 85, 18-20 nec non Guill. et Balb.):* chirographo *PR spatium vacuum La* scirographo *ut vid. Va* agrarapho *Mo* cyrographo *Am* [686]*om. P*

[9] Item a cyros et nomos, quod est movens, hic **cyronomanta** -e et hic **cyronomas** -antis, idest ioculator quilibet qui manibus suis ludit movendo eas cum cultellis, unde Iuvenalis (5, 121-22) 'et cyronomanta volanti cultello', et hic et hec **cironomon** indeclinabile invenitur in eodem sensu; Iuvenalis (6, 63) 'cyronomon ledam'; et hic cyronomon dictus est ioculator proprio nomine, quasi per excellentiam lecacitatis. [10] Item a cyros et ago dicitur hec **cirugia** -e, idest funis, quia manu fiat vel trahatur. [11] Item a cyros et crisis[687], quod est iudicium, dicta est **Circe**, filia Solis, quasi cyros crise, idest iudicium manuum. Ponitur enim pro fertilitate temporalium que ex iudicio, idest labore, manuum provenit, sed hec ad phisicam pertinent.

C 196
**CIRITO** -tas, idest ad populum loqui, unde hic et hec **cirix** -cis predicator dicitur.

C 197
**CIROGILLUS** -li, idest ricius.

C 198
**CIRINUS** pro deo apud Romanos erat.

C 199
Hoc **CIRSUM** -si genus est vehiculi.

C 200
**CIROXERE**[688] circumdare.

C 201
[1] Hic **CIRCUS** -ci, idest circularis linea ad idem punctum rediens, unde hic **circus** -ci dictus locus Rome in quo equi currunt vel currebant in circuitu circa metas, scilicet theatrum, et quilibet locus in quo equi currunt potest dici circus. [2] Unde hic **circulus** -li, idem quod circus, quasi diminutivum, et a circulus hic **ciclus** -li, per sincopam vel a greco cyclon,

[687]crisis oris *P* [688]*sic VaMo (cf. Gloss. IV 34, 22):* vox ex *P* ciropere *R* cirouer *ut vid. La*